

VITA B. M.
MEINWERCI
CLARISSIMI ET
NOBILISSIMI PATHERBOR-
NENSIS ECCLESIAE

EPISCOPI.

NUNC PRIMUM EX MSS. AUTHENTICIS PVBLI-
CATA ET SCHOLIIS ILLUSTRATA

STVDIVM NAVANTE

R. P. CHRISTOPHORO BROVERO DE SOCIE-
TATE IESV PRESBYTERO.

ACCESSIT ET VITA S. MEINVLPHI DIACONI ET
*Confessoris ex M. S. Collegij Societatis IESV
Paderbornensi.*



MOGUNTIAE,
EX TYPOGRAPHIA IOANNIS Albini.

ANNO M. DC. XVI.

VITAE M.

MEDICINAE

CLARISSEM ET

ACUTISSIMAE

ARTIS ET

SCIENTIAE

IN

IN



REVERENDIS-
SIMO ET ILLUSTRIS-
SIMO PRINCIPI AC DO-
MINO;

D. THEODORO, DEI GRATIA PA-
DERBORNENSIS ECCLESIAE EPISCOPO, SACRI
Romani Imperij Principi,
DOMINO CLEMENTISSIMO.



T rara Phœnix avis, & non nisi
quinto quoque seculo ex rogo suo re-
nascens, Indiae viciniam, & cedri-
na nemora in Libano permeare dici-
tur, & vix se credere oculis morta-
lium; ita atatum certis intervallis

Dei optimi parentis summo benefi-
cio, viri quidam heroicis virtutibus excellentes, humani
generis commodo exoriri, & tanquam Phœnices rari
apparere solent; qui vel Ecclesiae praclarè consulant, vel
Remp. cum laude, & multorum insigni utilitate, felici-
ter, & tranquille gubernent. In his ego Meinvercum
numerare non verear, ornatissimum cum alijs virtutis
insignibus Paderbornensis Ecclesiae Pontificem; tum hoc
supra ceteros omnes, qui multis retro annis eum anteces-

Nnn 2 serunt

serunt eximium, quod ciuitatem, & sedem, quam, templo exusto, nactus erat inopem, & afflictam, sicopibus ac operibus ornarit, ut, quod de quodam dicitur, ex lateritia fecerit marmoream, id est ex lutea, & ruderibus immersa, cultam & splendidam. Sed Clerum, quem censu mediocre, & exemplis ac disciplina propemodum nactus erat orbem, idem quoque locupletauit, non solum vectigalibus, sed Bustorpiano à fundamentis exstructo, fundatoque nouo Collegio, auxit; quin & Cluniaco ab usque Burgundia preclaris morum institutis ad se vocatis Monachis, & peramplo cum basilica ijs constituto domicilio, omnes suos iuuuit, rarissimis pietatis exemplis. De populo quid dicam? cuius ut salutem tueretur & tranquillitatem, mœnibus oppidum cinxit, leges ciuibus optimas dedit, stipe multa, & liberalitate egentium inopiam subleuauit. Iam etiam de litterarum studijs, & optimarum artium cultu num tacebo, cum Meinverci etate Paderbornensis clerus gymnasium habuerit, prestantium ingeniorum laude, & doctrinarum usu florentissimum?

Denique, ut in pauca rem conferam, Meinvercus is Sacerdos, & Episcopus fuit, cuius opera, studio, munificentia, pietate, & religione, perfectum est, ut ubi morum barbaries, & agrestis hominum auferitas olim domicilium collocarant, istuc, virtutis cultus, & humanitas eruditione iuncta, mutatis quasi sedibus, commigrasse videretur. Quae quidem cum in Meinverco magna sint, ut certè sunt, haud profectò decuit,

deciuit, eius Pontificis claritatem, à quo decora, & merita tanta, in Paderbornensem Ecclesiam profecta sunt, diutius, aut tenebris oblitescere, aut obliuione inobscurari. Quin, ut ipse prodiret ultro, hoc facilius eum exorari posse, confisus sum; quia etatum hoc interuallo, te Illustrissime Princeps, & Reuerendissime Præsul, ceu renatum alterum Meinvercum, & tanquam eius Ecclesiæ Phœnicem agnosceret, & sibi ac Clero populoque, palingenesiam illam gratularetur. Enimvero, ni pudor mihi modum statueret, & tua, Reuerendissime Præsul, modestia, officij admoneret, ex te ipso possim omnia, quæ in Meinvercum cadunt, laudis argumenta contexere, & in latissimum inde campum prædicationis virtutum tuarum, excurrere. Ecclesiæ iacentes fortunas subleuatas, Clerum auctum vœtigalibus, splendidum, & amplum Societati nostræ Collegium positum fundatumque; idque addita Probationis domo, & Academia illustratum. Erecta, quæ prostrata prope iacebant, auita pietatis, & ingenuarum artium studia. Ciuitatem improborum machinatione perditam prope, manu bellica recuperatam, & feliciter legibus suis restitutam. Denique nouas arces, plena dignitatis ampla exstructa domicilia, ararium, quod antea nullum, parsimonia, & nullius iactura copiosum; rem familiarem, nec sumptu inutili dilapsam, nec luxu imminutam, sed munificè, & fructuosè expensam: quid aliud inquam hæc omnia, nisi reuiuiscantis Meinverci meritorum testata quedam, & clarissima documenta sunt? Sed ne nimium auribus

DEDICATIO.

tuis Illustrissime Princeps dedisse videar, alijs hac commemoranda relinquo. Illud quidē hoc pertenui lucubrationis munusculo, efficere conatus sum, ut Reuerendissime, & Illustrissime Patrone intelligeres, quae singularia, & maxima in Societatem nostram beneficia contulisti, eorum memoriam non istius tui Collegij parietibus concludi, sed omnium nostrum, quotquot Societati nomen dedimus animo gratissimo recoli, & conservari. Fuldae XXVI. Augusti Anno MDCXIV.

Celsitudini Vestrae Deuotissimus
Christophorus Brouverus.

E X

PERVETVSTO POEMATE

Q V O D

DE B. MEINWERCO

FVNDATORE SVO PADERBOR-
NÆ ASSERVAT ABDINGHOFFEN-
SIS ABBATIA.

Æc de Meinverco narret breuiter modo

(sermo,

Cuias extiterit, Domino placuitue, quid

(egit.

Vt celerem vitâ veniam mereretur in istâ.

Saxo natus erat, bene religione cluebat,

Vnus primorum consistens nobiliorum,

Pollens magnarum dominatu diuitiarum.

Imadusque Comes pater eius, & Artyla mater.

Doctus diuinis primæuo tempore libris,

Fit Cappellanus Heinrici Regis amatus.

Paderbornensem sub eodem tempore sedem

Suscipit inuitus, magnâ Regis prece victus.

Attamen Ecclesiæ valdè bene præfuit isti

Omnigenâ cura, tractus mercede futurâ,

Pro meritis sacris, quæ iustis fertur in astris.

Commisso verbis, simul incitat ad bona factis.

Nam fuit ipse pius, prudens, humilisque, pudicus,

Ostendens in se virtutum semina quæque.

Vero

Vere pauperibus Pater extitit ipse benignus,
 Quos opelargarum recreauit Eleemosynarum
 Deuotâ curâ struit oratoria plura.

Pleniter his aptum procurans quemque paratum.
 Sedis at Ecclesiam compsit pulchrè satis ipsam.
 Res & Episcopij cumulauit munere diti,
 Siue paternarum de censu diuitiarum,
 Siue alijs rebus, quas conquisiuit honestè.

Castrum appellatū WARBURG nanciscitur ipsum
 Magnum nempe decus munimen sedis & eius,
 Quod fuerat Comitis celebris quondam Dudecoñis.

Nec non Cœnobium vitæ struxit Monachorum
 Ipsâ sede suâ, Paderbornon vocitatâ,
 Cæsaris Henrici cum consilio memorati;
 Qui tulit auxilium non paruum promptus ad ipsum,
 Ad Fratrum victum dat plurima quotidianum
 Qui laudis sacræ libamina nocte dieque
 Omne bonum danti persoluant Omnipotenti
 Huncque Dei Sanctum, nobis non est dubitandum.





DE
MEINWERCI TRANS-
LATIONE ET EIVS INCOR-
RVPTA CASVLA.

*Documenta ex actis Abbatum excerpta, verbis & sen-
tentiaretentis.*

AD miraculum usque memoria dignum est,
quod Casulam, seu pallium sacrum, quo ^{Casula}
anno Christi MCCCXXXVI. amictus ^{Meinwer-}
sepultura traditur, ac humatur in Crypta ^{ci incor-}
S. Stephani Protomartyris, sub principali choro; atque ^{pta.}
ibidem trecentis, & quadraginta annis in tumulto quie-
uit, B. Meinvercus Episcopus, nec vermes, nec putre-
do totum absumpserunt. Nam etiamnum in Monasterio
nostro hodie visitur: quin etiam singulis annis, quinta
die Mensis Iunii, quando Meinvercus vitâ humanâ ^{Abbas ea}
exemptus est, Monasterij huius Antistes in eadem ^{indutus}
Casula summum peragit sacrum. ^{sacrificat.}

Hinc extant versus, qui, ut tunc etas tulit, compo-
siti, Cista lignea, quæ pallium custodit, præfixi sunt.

Vestem, quam cernis, & præsens continet Arca,
Meinverci egregij Præsulis ipsa fuit.
Ut nobis veteres, Ceter XLque loquuntur,
Annis sic latuit corpus, & ipsa simul.

*Casula
specimen.*

Pallium autem hoc sacrum ex albo Damasceno confectum, nostris, quibus hodie utimur, admodum dissimile est. Nam ante, & retro, & in utroque latere clausum, & integrum; infra, amplum, rotundum, & apertum, ad imos pedes dimissum supra foramen, per quod exerere sese hominis caput possit, habens. Fimbrias quoque habet, à fronte, & à tergo; aureis litteris, verum exolecentibus, intextas.

Translatio.

Huius B. Meinverci corporis reliquias, & casulam præfatam, ex inferiori Crypta ad superiorem chorum, Dominus Conradus ab Allenhausen, Abbas, ordine vigesimus secundus, transferri fecit, anno Domini MCCC. LXXVI. in Festo S. Marci Evangelista. Tumba eminentiori ante annos aliquot fuit incisum tale Distichon, ibidem in medio chori.

*Hic lapis ad speciem Meinverci sculptus eundem,
Plurima qui Christi fecit amore, tegit.*



MEIN VVERCI
ENCOMIASTI.
CON

*Inscriptum recens parieti Basilicae iuxta summum
Altare.*




*Visquis in effigiem tua lumina dirigis istam,
Mein vverci hic digni Praesulis esse scias.
Geldrorum Comitum, qui clara stirpe creatus,
Plurima pro Christi fecit amore pius.*

*Ille quod extruxit Praecessor diruit Aedis
Summae, & magnifice readificauit opus.
Cænobium hoc Diuis Petro Pauloque dicatum
Condidit, Henrici Caesaris auxilio.*

*A Sylua * Pagoque locum, qui nomen adeptus,
Ordinibus sacris, primus habere dedit
Inclusit positis Padibornam mœnibus urbem,
Et varijs auxit publica iura modis.*

*Clero alijsque bonis gratus, gratissimus astris,
Hic cubat in medio dignus honore chori.*

** Bistrop.
Colleg. Ca-
non.*



INCIPIT
 VITA MEINWER-
 CI EPISCOPI PATHERBOR-
 NENSIS.

I.



*I*OSTEA QUAM Mediator Dei & hominum carnem sumere, & Crucem subire pro salute omnium dignatus est, discipuli ab ipso electi & dilecti post eius gloriosam ascensionem, Spiritus sancti visitatione & consolatione confortati, & omni scientia veritatis sunt imbuti, secundum ipsius promissionem: ut per eos saluarentur ante mundi consummationem; qui saluandi per gratiam præordinati erant ante mundi constitutionem. Quorum prædicationis instantia conuersa sunt ad Dominum innumerabilia multorum hominum milia; agnitaque fide Christianæ religionis respuerunt cultum antiquæ superstitionis. In cuius unitatem fidei cum diuersarum terrarum & linguarum alacriter & salubriter conuenirent populi, conuenit quoque magna Clementis Saluatoris clementia; sedulaque magni Karoli multimodi laboris instantia. gens Saxonica, quam ad credendum eo cõpulit difficilius, quo id genus hominum natura animi erat ferocius. Subiecta autem iugo fidei, facta est sacerdotibus tributaria, quæ tributa aliorum exegerat temeraria; cæpitque sua pro Christi amore Christianis tribuere, quæ raptu aliorum, solebat viuere. Destruuntur hinc fana idolorum; & exstruuntur oratoria Sanctorum. Designantur parochiarum termini; constituuntur Episcopatum sediũ in locis congruis tituli; in quibus rudis adhuc in fide populus ne ad perfidiam pristinam relaberetur, salutaribus monitis imbueretur; & seruientium Deo multitudo, numero, & merito, quotidie augetur. Inter omnia verò loca principalibus Ecclesijs constituendis destinata, speciali quadam dignitate Patherbrunnensis sedes præminebat; quæ semper magnorum titulis signata virorũ, præ exteris, terris vndiq; * circumiacentibus, frequenti & varia nemorũ diuersitate, agrorum vbertate, cum omnium frugum fertilitate; saluberrimorum fontium in vnum locum inibi latitudine & amœnitate incomparabili confluentium, aliorumq; multorum per quasque vicinias

*Saxonum
 conuersio a
 Carolo ma-
 gno.
 Saxonia
 tributaria
 sacerdoti-
 bus.
 Diocesis
 in Saxonia
 distributio.*

*Patherbur-
 nensis seu
 Pather-
 brunnen-
 sis agris opor-
 tuniss.
 * amplissi-
 ma plani-
 tie aliter
 specios*

nas id locorū concurrentium, numerositate excelebat. Cuius iucū
 da amoenitate placidaq; aëris temperie Rex delectatus, pro publi-
 cis disponendis negotijs inibi sapius est moratus: positisque, regali
 magnificentiā principalis Ecclesiæ fundamentis, magno erga Deū
 suæ dilectionis indicio, talem locū iure belli acquisitum, magis Ec-
 clestiastico, quam proprio deputavit seruitio. Cum autē nouiter fa-
 ctæ conuersionis messis multa, nouellæ vero plantationis operarij
 essent pauci, locum eundem tuitioni Præsulū Wirceburgensis Ec-
 clesiæ cōmisit, sub quorum regimine status ipse nec profecit, nec
 longa viæ intercapedine, publicaq; variorum negotiorum necessi-
 tudine, proficere potuit. Vnde Rex, cum suis, habito & inito confi-
 lio eundem locum proprij Pastoris vigilantia tuendum & gubernā-
 dum adiudicauit. Præposuitq; ei anno Saluatoris mundi postquam
 de virgine nasci dignatus est septingentesimo nonagesimo quinto
 præfatæ Wirceburgensis Ecclesiæ Canonicū, rus rudis in fide adhuc
 populi exculturum Hathumarum; cuius pontificatus anno quarto,
 Dominicæ verò Incarnationis septingentesimo nonagesimo nono,
 Beati Petri Apostoli vicarius Leo eiusdem nominis tertius iniusta
 ciuium suorum perpeffus odia, in Patherburna Regem Carolum
 adiit, susceptusq; vt par erat, cum ingenti honore & gloria, religio-
 sum ac salutare Christianitatis dilatandæ studium nobiliter inchoa-
 tum, Apostolica authoritate firmavit; atque in crypta ibidē nouiter
 constructa, quoddam altare consecrans, adorandas in eo Protomartyris
 Stephani reliquias, quas Roma secum attulerat, in priuilegiū
 Apostolicæ cōsecrationis collocauit. Tale foundationis Patherbur-
 nensis Ecclesiæ, tam Apostolica benedictione, quam Imperatoria
 sanctione; incrementum per sæculorum sæcula, virtutum omnium
 cum dilectione Dei & proximi accipiat augmentum; sitq; ei Petrus
 Petra Ecclesiæ, contra portas errorum omnium firmamentum, vt
 in templum sanctum in Domino crescat ædificatio constructa su-
 per ipsius fundamentum.

Beato verò Hathumaro nono Episcopatus sui anno, Dominicæ II.
 Incarnationis octingentesimo quarto ex hac luce subtracto, atq; ad
 perēnem, vt credimus, vitam assumpto, successit ei vir egregius no-
 mine Baduradus, qui ex nobili Saxonū prosapia ortus, ex prædictæ
 Wirceburgensis Ecclesiæ clero fuerat electus, qui præclaræ morum
 nobilitatis, magnanimitatis, & industriæ merito, familiaritatē Ca-
 roli Regis intimè consecutus, tantæ dignitatis & dilectionis apud
 eū locum promeruit, vt ei nō minor facultas quam voluntas ampli-
 ficandæ, puchendæ, atq; adornandæ Ecclesiæ sibi cōmissæ suppete-
 ret. Vnde nihil laboris studijq; sui subtraxit ab acquirendis ac pecu-
 randis

*Pather-
brunnæ a-
manitate
Carolus
magnus
delectatus.
Pather-
brunnensis
episcopa-
tus origo.
Wircebur-
gensis in spe-
ditioni sub-
ditus in-
tio,*

*Hathuma-
rus I Epi-
scopus Pa-
therbron-
nensis.
Leonis Pa-
pe Pather-
bronnæ
aduentus
ad Caro-
lum M.
Altare S.
Stephani
dedicatus.*

*Baduradus
II. Episco-
pus Pather-
brunnensis.*

*Haduradi
Episcopus.*

randis omnibus, quæ ibidem ad laudis diuinæ augmentū, atq; vtilitatem Christiani populi pertinere agnouit. Ecclesias videlicet per omnem Parochiā suam sub celeritate construere; principalē Basilicā, ingenti decore, & grandi opere extollere, res oēs ad eam pertinentes modis variis adornare, augmētare Clerum, disciplinā monasterialem instituire; pueros, tam nobiles, quam inferioris conditionis in Scholam cōgregatos in diuinæ legis eruditione nutrire. Eius Pontificatus anno decimo, Dominicæ Incarnationis octingētesimo decimo quarto, gloriosus Imperator Carolus Pater Patriæ, Apostolus gentis Saxonicæ, anno regni sui quadragesimo sexto, ab vrbe Roma condita millesimo quingētesimo sexagesimo * septimo, ab hac luce migravit, æternæ vitæ gloriam, & perpetuam futurorum habiturus memoriam, pro multimodis indefessi laboris studijs, quibus fines Christianæ religionis promouit & dilatauit.

*Caroli M.
obitus.*

** Alij ab
705.
adi Præper-
gensem.*

III.

*Luitharius
III. Episcopus.*

Patherbrō.

Bisō IV.

*Thiederis
eius V.*

Vannus VI.

Dudo VII.

Folemarus VIII.

Retharius

IX.

Meinuer-

eius X.

Haduradus autem venerabilis Pontifex virtutum imitabilis artifex, vtiliter capta feliciter consummans, anno Episcopatus sui quadragesimo octauo, migravit ad Dñm; rexitque post eum annis viginti sex Luitharius iam dictæ dicendæque ciuitatis populū. Cui succedens Bisō nomine; præfuit viginti tribus annis ipsi Ecclesiæ; rexitque eandem post eum, Thiedericus annis nouem. Sexto loco succedens Vnvanus fuit nouendecim annis Episcopus: septimoque Dudo nomine, annis viginti quinque, virtutes octo beatitudinū docturus populū: Octauo loco viginti septem annis præfuit Folemarus Successitq; annis viginti octo consilii sui excellentia dispersa collecturus Retharius. Decimo loco magnorum operum auctor & patrator sibi suisq; Meinuerus successit vtiliter, qui decalogi legalis vel gratiæ spiritualis perfectionem per Dei & proximi dilectionem adeptus est feliciter. Huius laudum & meritorū præconia cum alijs, & præ alijs suscipiat Ecclesia; eius amori insistens, & deuotioni, cuius ille honori institit & promotioni. Hæc ergo veraciter posteris intimari, animosque fidelium exemplis priorum decet excitari: vt qui virtutum culmina adipisci desiderant, gradus felicissimæ ascensionis agnoscant.

IV.

*Germania
magna di-
uisio.*

Germania post Scythiam inferiorē sumens initiū, à flumine Danubio, desinit in Rheno: terra diues & populosa, quæstiosa pariter & bellicosa. Hæc maiorum solertia diuisione distincta bifariam, in superiorem, quæ habet terminum iuxta septentrionalē Oceanum; & inferiorē, quæ circa Rhenum, finem sui faciens in mari, quod Galliæ Britannicæq; prædeditur littoribus, ex quo quæq; versus omnium terrarum patet exitus. Ad huius inferioris Germaniæ septentrionalem tractum Traiectensis Diocæsis est terminus; locus nauium &

*Traiecten-
sis Diocæsis*

um & vectigalium conuentibus quæstuosus; magnorum & nobiliu
vitorum gloria, quam in defensione gentis suæ, & patriæ magnani-
miter adepti sunt, insignis & famosus: De quorum nobili profapia
ortus est * Imadus, in eadem Prouincia. Qui virtutis, & probitatis,
maiorum suorum factus hæres legitimus, & strenuus, Comitatum,
suo tempore in eiusdem prouinciæ administravit partibus: qui tã-
tæ nobilitatis lineam propagari, nominisq; sui memoriam & poste-
ritatis gloriam cupiens nobilitari, cum multiplici dinitiarum appa-
ratu, ac possessionum prædiorumq; reditu, nobilem duxit vxorẽ de
terra Saxoniz Athelam nomine: de qua, processu temporis genuit
Thiedericum & Meinwercum; Glismod & * Azelam. Thiedericus
autem paternæ dignitatis & facultatis hæres designatus. Meinver-
cus in Ecclesia beati Stephani protomartyris in ciuitate Haluersta-
deni, ad clericatus officium à parëtibus est oblatu. Azela vero ca-
stitatis æmulatione agnum secutura, Sanctimonialium catui in ec-
clesia pretiosi Martyris Viti Eltenæ associatur. Glismod autem tri-
cesimum fructum pudicitiz matronalis adeptura, cuiusdam nobi-
lis principis in Baioaria matrimonio copulatur.

Meinwercus igitur liberalibus studijs & spiritualibus imbuen-
dus disciplinis, in præfata Haluerstadeni Ecclesia tenerioris æta-
tis rudimenta; prouectioris verò in Ecclesia Hildeneshemensi per-
egit. Vbi Henricus filius ducis Baioariæ Henrici, cum alijs pluri-
mis, honori & decori Ecclesiæ Christi suo tempore profuturis, se-
cum theoriæ studijs continuam operam dedit. Quam liber autem
& integer à vitijs, & in puerili & in iuuenili ætate, vixerit; qualis,
quantusue inter coæmulos, vitæ sinceritate, morumque proba-
bilitate, conuersatus fuerit, varijs hinc inde quæfitis laudationum
fucis eum colorare non conuenit, cum indicijs operum euidenter
postmodum claruerit, quale fundamentum domus suæ in eo sapi-
entia Dei collocauerit: Acceptus autem de scholis, vixit in prædi-
cta Haluerstadeni Ecclesia sub * Præposito canonicæ legis, omni-
bus carus, & amabilis aspectu; & colloquio affabilis, actu & eloquio
irreprehensibilis.

Eo tempore monarchiam Romani Imperij Otto eiusdẽ nominis
secundus strenuè gubernabat; armis strenuus, fide Catholicus, non
minus diuinis, quam humanis rebus deditus, qui postquam III. Iu-
lius contra Saracenos in Calabria periculossimè dimicans,
multis suorum amissis, ipse vnus vix euasit, septimo Idus Decẽbris
sequenti anni Dominicæ Incarnationis videlicet nongentesimo
octogesimo tertio, regni sui decimo, Indictione duodecima obiit;
& filium suum eiusdẽ nominis successorẽ dereliquit; Henrico du-
ce Ba-

nasale
Meinwerc-
ci.

* Ime dux
al.
Meinwerc-
ci stirps, pa-
rentes, fra-
ter, sorores.

* Athelam
Meinwerc-
cus Haluer-
stadij in
Cleri forse
Doo offer-
tur.

Ibidem &
Hildenes-
hemij cum
Henrico
post sancti
educatur.

Meinwerc-
cus Haluer-
stadij Cano-
nicam vi-
sam agit.
* praposto.

V.

Otto II.
Imp.
Ditmars-
li; Chron.
& alijs.
© VII. Idus
Decẽbr. In-
diti noua
in hont. et
Otto III.
Imp.

*Henricus
Baioaria
Dux regni
affectans.
Ottonis III.
coronatio.*

ce Baioariæ, qui priori anno, mortuo patre suo Ottone Duce, ducatum obtinuerat, regnum inuadente, sed victo, desistente. Rex autem puer in proximo natali Domini, ipsa sancta die, vnctioe Ioannis Rauennatis Archiepiscopi Aquisgrani Rex consecratus, paternæ virtutis & industriæ vestigia per omnia est imitatus; non minus Christianæ religioni humiliter inseruiens, quam regni negotijs solerter insistens.

*VI.
Meinwer-
cus in Pala-
tio Ottonis
III. regis
Capellanus
accensetur.*

*Meinwer-
cus inculp-
ta vita &
virtutibus
egregijs or-
nata.*

** Turvens-
go
Wentgoi.
* In Bur-
dardioq.*

** id est eius*

*VII.
Rethardi
Episcopi Pa-
therbron.
lani &
vigilantia
in Ecclesia*

Meinwerkus autem regia stirpe genitus, regio obsequio, morū elegantia idoneus adiudicatur, euocatusque ad palatium, regius Capellanus efficitur, vt Deo ordinante longius innotesceret, qui longius exspectendus erat; fieretque in negotijs tam spiritualibus quam secularibus ætate doctior, vñ tritior, processu temporis sapientior. In quo, cum irreprehensibiliter conuersaretur, & regalis celsitudo, & procerum multitudo, eum reuerbatur, vt pote, cuius benevolentia ancillabatur humilitas, grauitatem temperabat affabilitas, in cuius ore veritas & dulcedo; in cuius corde pietas & mansuetudo; in cuius moribus & scientia, verborum & operum regnabat concordia. Omittantur extrinseca; licet enim in consideratione singularitatis præterire communia. Præ participibus suis in domo Domini exaltandus, participio sancti Spiritus erat primitus exornandus; vt videlicet esset discretione prouidus; actione præcipuus; moribus approbatus; virtute perfectus; humilitate communis; compassione singularis; mansuetudine lenis; autoritate grauis; patientia amabilis; vindicta pro Zelo iustitiæ terribilis. Qui pectus haberet consilij, acumen viuacis ingenij, Atticos flores vernantis ingenij, præter alia innumera his similia, quibus immorari non conuenit, ne quid præter veritatem, mera veritatis assertio, intendisse videri possit. Rex autem huiusmodi virtutum insignia sapienter animaduertens, & eum regia liberalitate honorare dignum ducens, interuentu Geptæ venerabilis Abbatissæ, duos Māfos regales in Lutterim in pago * Wentsgoi dicto, in Burwardio * Dalehem, in comitatu Herioldi comitis, ei donauit; de quibus illi regiæ concessionis & confirmationis præceptum conscribi & contradi mandauit suæ sinceræ dilectioni, perhibens testimonium relatu dignum, quod videlicet suam * vitam diligeret vt propriam.

Eo tempore Rethardus Patherburnensis Ecclesiæ veocrabilis Episcopus inter alios quam plurimos, qui scientiâ præditi, moribus adornati, secundas partes regni strenuè adiuuabant, enituit; qui nomen Episcopi officio tenuit, moribus impleuit. Denique cura peruigili intendens commisso gregi, in collectione dispersorum,

rum, in conseruatione congregatorum, operam continuam dedit; *robis conseruandis.*
 & ab eodem Ottone Rege, alijsque fidelibus donaria non modica, diuersis temporibus, acquisiuit. Volens autem Ecclesiam suam super Apostolicam petram fundatam, Apostolicæ tuitionis præsidio arctius communire, priuilegium Apostolicæ confirmationis super bona & iura Ecclesiæ suæ, à Ioanne Papa eiusdem nominis octauo decimo, anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo nonagesimo, Episcopatus illius tertio, Indictione quartâ petijt & obtinuit; vt si aliquando mundanę turbulentia eam cornibus suis impeteret, tantæ authoritatis reiectus fortitudine dissiliret vt glacies. Electionem quoque Episcoporum inter eiusdem & ab eiusdem Ecclesiæ filijs faciendam quam eis diuersi Reges diuersis temporibus liberaliter & legaliter concesserunt, Karolus videlicet Caluus interuentu videlicet Bisnonis Patherbronnensis Episcopi sexta Id. Decembris anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo octogesimo quinto, Indictione quarta: anno, ex quo, patre suo Luthuuvico eiusdem nominis secundo mortuo, cum fratribus suis Karlmanno & Hlodovvico de regno altercati cæperat nouo; ex quo, Karlmanno mortuo, à Ioanne Papa in Imperatorem vnctus fuerat, quinto: ex quo, fratre suo Hlodevvico XIII. Calendas Februarij mortuo, totius regni monarchiam, nullo resistente suscepit, quarto. Otto eiusdem nominis secundus, decimo quinto Calendas Februarij rogatu Folcmari eiusdem ciuitatis Episcopi anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo septuagesimo quarto, Electionis suæ decimo quarto, Imperij primo, Regni septimo, Indictione quarta. * Idem Papa eodem priuilegio confirmauit, vt si vnquam aliquis in ouileouium aliunde, quam per ostium introiret, excommunicationi subiaceret.

*Ioannis
xviii.*

*Papa priuilegium
super electione Cle-
ri libera.*

*Priuilegiij
origo a di-
uersis Re-
gibus con-
cessa.*

*Bisnoni Epi-
scopo à Ca-
rolo Caluo*

*Folcmari
ab Otto-
ne II.*

** Indict. 2.*

VIII.

Qualis autem in huiusmodi studiis Episcopi intentio fuerit, aduersitas probauit; quæ non segnitus, immò multò instantius in aduersis, quam prosperis, Ecclesiæ eum commissæ in omnibus fideliter, & vtiliter, prospicere, veraciter demonstrauit. Denique quocunq; Dei iudicio, siue malitia inhabitantium exigente, siue salutis mortalium Deo per id consulente, anno Dominicæ Incarnationis * millesimo, Ordinationis ipsius Rethardi Episcopi nonodecimo, regni Ottonis III. decimo septimo, Imperij quarto, Indictione decima tertia, ciuitas Patherbrunnensis primum incendio vastatur, nobileque principalis Ecclesiæ Monasterium præcipui operis & decoris à Karolo Magno fundatum, à beatæ verò memoriæ Baderado Episcopo consummatum, & XI V. Calendas Nouemb

** 999 Chri-
sti anno
Patherbrö-
na ciuita-
tis & prin-
cipis Eccle-
siae incen-
dium
Rethardo
Episcopo.*

Ppp

dedi-

dedicatum, cum libris, priuilegijs plenarijs, alijsque Ecclesiæ ornamentis propemodum conflagrauit.

IX. Ipso anno Imperator tempore quadragesimali causa orationis ad S. Athelbertum Sclauiam intrauit; ibique, coadunata Synodo, septem Episcopia disposuit, & Gaudentium Monachum fratrem B. Athelberti Archiepiscopi, qui ante triennium à Præcis martyrizatus, Episcopus fuerat in Praga, Archiepiscopus ibidem constituit. Inde Italiam pertransiens Romam intrauit; ibique Natale Domini condecenter celebrauit. Rhetardus ergo Episcopus capitali & temporis oportunitate, quo tam apud apostolica sedis auctoritatem, quam apud imperialem maiestatem Ecclesiæ suæ calamitates desleret, missis nuntijs, vtrisque, quæ acciderant, innotuit; & vt antecessorum suorum constituta super immunitate Ecclesiæ eiusdem renouaret, & renouata Præceptorum suorum auctoritate confirmarent, expetiit. Qui incendio Ecclesiæ & ciuitatis audito intimè condolerunt, & roganti benignissimè annuentes, omnia, quæ eidem Ecclesiæ catenus honori vel vsui seruiuerant, confirmauerunt. Videlicet de Episcopatus statu, de tuitione atque mundiburdio Ecclesiæ, sanctæ Dei, & perpetuæ Virginis Mariæ, de decimis, de omni proprietate ad eandem Ecclesiam pertinente; de electione Episcoporum inter Clericos eiusdem Ecclesiæ facienda; de eius hominibus tam liberis quam & seruis à nulla iudiciaria persona constringendis, nisi eorum Aduocato, quem ipse Episcopus elegerit de proprietate Clericorum, si quis illorum sine hærede obierit, eidem Ecclesiæ concessa, de Comitatibus super pagos Pathercha, Aga, Threuerescha, Auga, Sorethuel datis pro decimis nouæ Corbeie ad Monasterium pertinentibus. de tribus Mansis in Duisburg & in Trutmannia * de foreste, quod incipit de Delchana flumine, & tendit per Osniche * Ardehnâ & Sinethlen * vsq; ad viam, quæ ducit ad Herisi. * Hæc ergo, & alia omnia, quæ Ecclesiæ illa die, quando combusta est, habuit; vel deinceps habitura erit confirmantes, confirmata per manus Notariorum suorum & Cancellariorum sub firma adstipulatione, sigillorumque suorum impressione roborauerunt, & Romæ data Calendis Ianuarij Episcopo suæque Ecclesiæ, Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo * Pontificatus Syluestri Papæ secundo, regni Ottonis Regis tertij, decimo octauo, Imperij quinto, Indictione XIII. transmiserunt.

X. Anno * illo Rex in partibus Italia commoratus, mortis periculo est præuentus; quo profectò illo tempore caruisset, si beati Heriberti

Orto. Polonia seu Sclauia. In Praga Romam petit. S. Adelbertus. Rhetardus Episcopus. Ortonem in Italia. Et S. A. per nuntios conuenit.

Abolita incendio. priuilegia instauranda curat.

*Treman- sa: id est Tremonia Westphalia. * Osignem * Sinethlen * Herisi*

** al. Millio. P.*

berti Coloniensis Archiepiscopi monitis obtemperare voluisset. Mortis autem illius occasio hæc fuit. Ante quinquennium Domini Incarnationis videlicet annum nongentesimum nonagesimum sextum, Rex ad mitigandam sæuitiam Crescentij Romam venit; & tumultu oborto decenter sedato, Iohanne Papa defuncto, Brunonem cognominatum Gregorium Ottonis Ducis * filium, in sedem eius locauit, & ab eo imperialem vnctionem accepit. Imperatore autem Romam egresso, proximo anno, consiliante Crescentio, Ioannes Placentinus Episcopus contra velle Imperatoris sedem Apostolicam inuasit. Vnde iterum Imperator Romam veniens, proximo anno, prædictum Ioannem inuasorem, cæcatum & naso truncatum deposuit; & Crescentium cum duodecim suis decollatum ante Urbem suspendi iussit. Bruno autem, qui & Gregorius, ab eo restituitur; sed post discessum eius à Romanis expulsus, ac deinde veneno peremptus; postquam annos fermè duos, & Menses nouem Romanam Ecclesiam rexerat, quarto * Idus Martij moritur; eique Gerbertus, qui & Syluester dictus est, successor eligitur: Rex ergò cum isto Syluestro Papa Natali Domini Tudertinæ * celebrato, cum confusionem tam in Beati Petri Ecclesia, quam in Republica factam decenter composuisset, incidit in insidias mulieris malæ, eius videlicet, cuius virum Crescentium sibi rebellantem captum iusserat capitalem subire sententiam; quam formæ elegantissimæ nimis insipienter thoro suo socians, ab ea non præcauens, quamuis à Sancto viro Heriberto sapius esset admonitus, veneno intra cubiculum dormiens, infectus est; & sequenti die, Beato Heriberto pestem quam pereceperat, confessus, cum se mori sensisset, vt corpus suum Aquisgrani sepeliendum transferret, petijt; & sic Paternum ingressus, cum generali omnium dolore octauo * Calendas Februarij obiit.

*Ottoni III. cum Romaniis dissensionis causa ipsius interitus. * Baunria.*

Ioannid Placentin S. A. in se foris & Crescentij exstus Glaber lib. 1. c. 4. Gregorius v. a quo Electorum Imperij iugo sulgo derant.

** alij XII. Kalend. Martij. an 9. * Tudertii. Ottoperite veneno a Crescentij uxore dato. Adi Dic. marum lib. 4. cap. X. vita & Heriber. * alij V. alij IX. Kal. Feb.*

XI.

Ante successionem autem futuri Principis, confusum est regnū nimis; insonuitq; inter principes tempestas validæ commotionis, propter ambitionem inanis dominationis; de quibus Ekkihardus Marchio vsurpator regni, Palthi interfectus, occubuit; & Contra dux vnus de primoribus regno expulsus, aliquamdiu ab eo exulauit; Herimannus quoque Dux Sueuiæ non expers fuit tantæ discordiæ; qui dum ipse regnare voluit, electioni generali impedimento fuit. Quidam etiam princeps Bruno * nomine regni fastigium obtinere voluit, sed effectu carens, multis, votis eius non fauentibus. & præcipuè beatæ memoriæ Berenuardo Hildesheimensis Ecclesiæ Episcopo, in hominibus & bonis eius multa

Tumultus & dissidii Principum vacante impeto.

** forte xonia Dux. de quo tamem id negat Adelboldus.*

*Henricus
dux Boia-
ria, rex eli-
gitur.*

*Maguntia
à Villigiso
corona-
tur.*

*XII.
Chunigun-
da Pathe-
bronna, re-
gina conse-
cratur.*

*Votelolf-
fus Episco-
pus Osna-
brug.
Thietmar-
tus eius
successor.*

*Ecclesiam
S. Iohanni
Baptiste
extruit &
dotat anno
1011.*

*XIII.
Meinwer-
cus gratia
apud Hen-
ricum regē.
Henrici ca-
ssus.*

*...cume-
nre.*

*Rethardus
ab eo rex*

multa mala intulit, sed serenante altissimo, & mediante Wiligiso Magontienſi Archiepiſcopo, Henricus dux Baioaricus ſecundum ſæculi dignitatem locupletiffimus, & litterarum ſtudijs non tenuiter inſtructus, & quod his maius eſt, vir in omni perfectione Eccleſiaſtica præcipuus, eligitur; & redditis regalibus à ſancto Heriberto Colonienſi Archiepiſcopo, qui deo electioni non interfuit, quoniam in humando corpore defuncti prius ipſis occupatus fuit, Maguntia Dominica octaua Pentecoſtes, à Willigiso eiufdem ciuitatis Archiepiſcopo ordinatur.

Eodem anno, nouo rege Natiuitatem Laurentij in ciuitate Pathebrunnenſi celebrante, domina Chunigunda, ipſius, vt putabatur, vxor, re autem vera caſtittatis æmulatione ſoror, à prædicto Villigiso Maguntienſi Archiepiſcopo inibi regia conſecrationis dominium adinuenit; quod eidem Eccleſiæ in augmentum honoris, & profectum magni decoris, Dei miſericordia, prouenit.

Ipo anno Votelolffus Osneburgenſis Epicoſopus obiit, eique Thetmarus vir bonus & iuſtus, fortis, pius & moderatus ſucceſſit.

Hic Preſul factus implet præſulis actus,

Vt patet in factis, ipſius ibi quoque ſcriptis.

Denique Baptiſta fundans in honore Iohannis,

Eccleſiam quandam, ſupplex dedicauit eandem.

Anno milleno bis quino de ſuper vno,

Ex quo ſermo Patris ſumpſit præputta carnis.

Osneburgenſi qua ſcitur proxima ſedi

Continuis horis tribuens ſibi pignus honoris.

Hic apud Eccleſiam per ſe tam ſedule factam,

Conſtituit cunctis poſt hæc inſtantibus annis

Adueniente ſui ſacro natale Patroni,

Letitiæ ſacræ fraternum ſædus haberis

Ac in amore Dei miſeros inibi recreari.

Et de collata de fratrum munere cera

Candelam fieri Baptiſta in honore Beati.

Meinwercus autem nouo Regi tam carnis propinquitate quam vitæ ſinceritate iam dudum notiſſimus, de caro ſit cariſſimus; factusque eſt ei in negotijs publicis & priuatis comes irremotiſſimus. Rex autem non habens neq; habere diſponens liberos, Eccleſiarum Dei exaltationi continuè inuigilauit; & æternitatis flagrans deſiderio, temporalia bona pro acquirendis æternis liberali manu eis erogauit. Quo regni ſui partes ſolenter circueunte*, & neceſſaria & vrilia quæque vbique ſapienter diſponente, occurrit ei octauo decimo Calendas Octobris Rethardus Epicoſopus in loco, qui Borch-

Borchharden dicitur, & Ecclesiæ suæ ruinas innorefcens, forestim, quæ incipit de * Delgana flumine, & tendit per Osninbe & Sinithle vsque in viam quæ ducit ad Horhusen; & de hominibus Ecclesiæ commissæ tam liberis quam seruis, nulla iudiciaria persona constringendis, nisi aduocato ab Episcopo electo, regiæ tuitionis defensionem ipso primo anno regni eius Dominicæ Incarnationis millesimo secundo, Indictione XV. obtinuit.

mus est im-
mutata-
tem impe-
trat.
** Delcha-*
na.

Sequenti dehinc anno Dominicæ Incarnationis millesimo tertio, Indictione prima, veniente Rege Quidilingeburg, obuius fuit iterum Episcopus; & Ecclesiæ suæ incendium lamentabiliter conuerens, quæ Dominus Apostolicus & prædecessor eius confirmauerant, confirmari, & confirmata, Præceptali pagina roborari, obnixè petijt, & obtinuit. Quia ergò domino placuerunt vitæ eius, conuertit ad gratiam inimicos ipsius; de quibus Herimannus dux Sueuiæ se ei subdidit, & interuentu principum in suo honore permansit. & plures alij, qui non consenserant eius electioni. Ducatum autem Baioriæ dans Henrico, fratre Domine Chunigundæ, contractalis suæ, incurrit offensam fratris sui Brunonis, qui inde plus iusto coniunctus cum Henrico filio Bertoldi comitis cum ambobus * Bolislais Sclauonibus, Polanicò scilicet & Boemico à Rege infideliter defecit. Sed Henricus ad Regem refugiens, in Geuikanstein custodia datur, Bruno verò proximo anno, interuentu dominæ Gislæ matris suæ, Regi reconciliatur.

XIV.

Item con-
firmatio-
nem prius-
legtorum.

Henrico o-
mnia hinc
secunda

factis re-
pressis.

** Bolisla-*
uonibus.

De Bolislai
consule

Chron. Dis-
mar.

XV.

Anno post hæc secundo, Dominicæ Incarnationis Millesimo quinto, Indictione tertia, octauo Kalendas Nouëbris venit Episcopus ad Regem in loco, qui dicitur Corbeia; & Ecclesiæ penuriam, nimiam conuerens, & Regij solatio pœm suppliciter deposcens. Rege autem in pròprium, quod daret non habente, Meinwercus Capellanus eius iam flammæ dilectionis intimæ, operum exhibitione demonstrans, prædium situm in villa Bochineuordi in comitatu Luidolphi comitis, Regi contulit: quod ipse Rex Episcopo suæque Ecclesiæ in proprium donauit, ea ratione, vt prædictus Episcopus, quamdiu viueret, in sua potestate atq; seruitute, hoc possideret: finitis vero suis temporibus, ad stipendia fratrum in Patherburnensi Ecclesia Deo sanctoq; Liborio famulantium, pertineret. Cum igitur his & talibus misericordiæ instaret operibus, venerabilis Episcopus, anno Dominicæ Incarnationis millesimo nono Episcopatus sui xxviii. Henrici Regis septimo, pridie nonas Martij, quæ illo anno exiit Sabbatum ante Inuocauit, eductus est de ergastulo carnis, & de valle huius miseriæ & tribulationis, assumptus, vt credimus, ad gaudium sempiternæ consolationis.

Corbeia.

Meinwercus
ad huc

Palatinus
donat præ-

dium Ec-
clesiæ Pa-

ther.

Retharius
vel Rethar-

dm Episco-
pus Pather-

moritur.

XVI. Eo tempore, Rege consistente in Goslaria, ilicò legatos suos ad eum direxit Ecclesia, qui & obitū Episcopi denunciarent, & clemētiæ eius solatium de successore idoneo suppliciter implorarēt: qua lugubri Rex, audita legatione, talem tantumq; virū condigno mœrore defleuit, & Missarū eleemosynarumq; debita cōmemoratione animam eius diuinā pietati cōmendauit. Post hæc, ascitis Episcopis & principibus, qui aderant, de successore tali loco & tempore idoneo consilium habuit; & diu scrutatis, perspectisque plurimis, Meinvercum tam nobilium natalium magnitudine, quam rerum & facultatum temporalium multitudine idoneū perhibuit. Illicò, fauentibus & congratulantibus omnibus, Meinvercū aduocauit; & cōsuetā beneuolētia ei arridens, sumpta chirotheca, Accipe ait, quo, quid esset accepturus, perconctante, Episcopatū, inquit Rex, Patherburnensis Ecclesiæ. Illo. a. dicente, quid sibi Episcopatus ille deberet, qui de bonis propriis excellentiorem construere valeret. Quia hoc, inquit Rex, veraciter confidero, ideo te inopia illius misereticorditer subuenire desidero, vt illius in cælo cohæres fieri merearis,

*Henricus
rex ani-
mam Re-
sharij Deo
commen-
dat.*

*Meinver-
cum Epi-
scopum Pa-
therborn.
nominat
porrecta
chirotheca.*

*Meinver-
cum quo a-
nimo in-
opem sedem
acceptaris.*

*Goslaria
à Willigi-
so Mogun-
tin. ordina-
tur.*

*In Domini-
cam secun-
dam Qua-
dragesimæ
mysticæ
occursum.*

At ille hilariter, ego, inquam ea spe, & cōditione Episcopatum suscipiam. Ostendens liquidò, se non despectu paupertatis, vel appetitu eminentioris sedis, aut dignitatis, sed affectu maioris utilitatis, simpliciter contradixisse. Ibidem ergò in Goslaria, proxima Dominica ab Willigiso Maguntino Archiepiscopo & cæteris Episcopis, qui aderant, consecratur, electioni eius, & consecrationi congruente officio, q; item Dominicæ intitulatur. Ea namq; est Dominica quadragésimæ secunda, quæ in ordine & ratione septem dominicarū septem mundi ætates significantium quinta extat, & pulchra rationabiliq; dispositione, vacat; significans quintam mundi ætatem, quando templo Dei diruto, & populo eius in Babyloniā abducto, Sacerdote, duce, altari legitimo carens, à laude Domini vacabat, non habēs quæ, vel quibus, aut vbi verba canticorū Domini decantaret. Cui captiuitati in Euangelio ipsius Dominicæ aptissimè congruit à dæmone vexata filia mulieris Cananæ. Et, sicut Nabuchodonozor typū tenens diaboli, templum Dei spoliavit, & populū eius captiuauit; ita diabolus per se filiam Cananæ, templū vtiq; Dei, captiuauit, & suo atrocissimo dominio & ludibrio mācipauit. Interueniebat fides Patriarcharum & meritū Danielis, ac sociorum eius, vt populus ille à captiuitate Babylonica solueretur: clamabat fide & voce magna mulier Cananæ, interuenientibus sanctis Apostolis, vt filia eius à dæmonio liberaretur. Tam captiuitatis ergò Babylonicæ, quā mulieris Euangelicæ per totū officium Missæ illius formā rectissimè repræ-

presentavit Ecclesia Patherbornensis, quæ incendio vastata, solitudine pij Pastoris viduata, in necessitatibus suis pro successore idoneo fideliter clamavit, & instanter clamando eum, qui secundum voluntatem Dei à fornicatione abstinens, vas suum in sanctificatione & honore possederat, interuentu & consultu principum feliciter impetrauit, per quæ non tantum de micis, quæ cadunt de mensa dominorum recrearetur, verum etiam largissimis epularum delicijs abundantissimè reficeretur. Solenniter ergo consecratus, cum digno honore Patherbrunnam, concursu & occurso omnis ætatis & dignitatis deductur, & excipitur; & verè, via regia in ouile ouium per ostium ingressus, episcopali sede inthronisatur. Põtificatus itaq; decoratus infulis, continuè inuigilauit curæ comissi gregis, timensq; notam mali ferui & pigri, qui reposuit in sudario pecuniã domini sui, nihil remissè faciebat. Cordi suo & corpori, forinsecus p̄ generali cleri & populi gubernatione Episcopali speculatione solerter insudauit vel inuigilauit: intrinsecus. a. p̄ omnium salute vigilijs & ieiunijs precuq; hostijs Deo indefinenter supplicauit. *Lucerna naq; in domo Domini supra ad delabrum posita, arsi in se Dei & pximi dilectione: luxit alijs eiusdè lucis sedula exhibitione. deniq; p̄ adipiscenda immortalitatis corona, cõtulit Ecclesijs, q̄ hæreditario iure possederat, vel multimodo iugis seruitutis labore obtinuerat, tẽporalia bona; quæ, sicut alios, vsu malo, à salute p̄pediunt, ita alios, vsu bono, ad salutem promouët.*

Principalè Ecclesiam sumptu ingenti & magnificentia singulari construxit: quam tertia die aduentus sui, deiecto opere modico à p̄decessore suo inchoato, & vsq; ad fenestras negligenter consumato, à fundamētis celeriter atq; alacriter erexit. Operarijs. a. solerter operi instantib. quadam die aduenit quidã vir incognitus, q̄ Episcopum astantem salutauit suppliciter, suumq; seruitium obtulit ei humiliter; quæ, Episcopo, quã sciret seruitij artem percontante, & cæmentariũ & carpentarium se p̄fiteretur; & mox ab Episcopo clauum tunc fortuito lignis compingendis necessariũ facere iubetur. Quo celeri velocitate velociq; corporis agilitate facto, decenter & cõuenienter, cooperaturus operantib. apponitur, artisq; suæ scientia p̄batus, vt approbatus omni experiẽtia ab Episcopo omni operi p̄ponitur. Quo non multo post mortuo, aduenam suũ Episcopus digno sepulturæ comendauit officio, fieri mandans ei in crypta iuxta murum monumentum, ponẽs ad caput eius trullam eius & malleũ ad posteritatis monumentum. per tantæ humilitatis & pietatis excellentiam magnam sibi acquirens operantium sibi que famulantium beniuolentiam. P̄positis autem operi singulis magistris, ipse ad reliqua episcopij negotia disponenda conuertitur, suæ

Mein Ver-
ci pudici
& diuitiũ
quam Pa-
therbron-
nensi Eccle-
sia oppor-
tunas in-
gressus.
1. Thessal.
c. 4.

Mein Ver-
ci laudabi-
le uita in-
stitutum.

Matth. 5.

Honoram
temporalium
conditio.

XVII.

Basilicam
primariã
à fundamē-
tis re-
fiscitat.

Eius in o-
peris com-
itas.

vide

*Diocesis
sua diligenter in-
spicit li-
strisque.*

Matth. 22.

*Ecclesia
sua ab in-
cendio as-
sista sub-
uenit.*

*Rex Henri-
cus sapè
Pather-
bronna
degens ei
strenuè
fert opem.
S. Chun-
gunda item
benigne
fauet.*

videlicet diocesis terminos frequenter lustrare, si fidelium fides spei, si spes concordaret rei follerter inuestigare, bene acta confir- mare, neglecta reformare, bene agentes, vt in melius proficerent, admonere, negligentibus vt resipiscerent oportunè importunè in- stare: *denique omnibus omnia factus*, pro cunctis animæ & corpori eorum necessarijs, erat sollicitus. Primoribus & maioribus exhi- bens se formidini & honoris, subditis, secundum vniuscuiusq; me- ritum timori pariter & amor. Oculatus autem antè & retrò, vt sic internorum & spiritualium sollicitudinem gereret, vt tamen ex- ternorum prouidentiam pro subiectorum necessitatibus supplen- dis, non negligeret, regni negotijs, vt compellabatur, inseruire cæ- pit; vbi *reddens Deo, quæ sunt Dei, & Casari, quæ sunt Casaris*, Ecclesiæ commissæ prodesset; vbi se oportunitas obtulisset loci & temporis. Continuè autem Regi insistens, vt Ecclesiæ sibi commissæ la- mentabiliter incendium passæ, secundum sponsonem, qua sibi eam commiserat, succurreret. Rex misericorditer annuit, & Eccle- siæ præfatæ miseratus paupertatem, multa ei bona tam in prædijs, quam facultatibus alijs, larga manu & plena caritate pro Dei amo- re dilectique sibi Episcopi, assiduo & deuotissimo obsequio, contu- lit. Sæpius autem in ciuitate Patherbrunnensi commoratus, operû & studiorum eius adiutor & cooperato extitit, fauente & instante per omnia venerabili Chunigunda Regina, cui non minor volun- tas quam facultas in Ecclesijs Dei amplificandis & meliorandis semper fuit.

NARRATIO DE B. HEIMERA- do Presbytero.

*XVIII.
S. Heime-
radus du-
riter habu-
it & pro-
batur a
Meinuer-
eo.*

** diuina.*

** Dudiche
& Dudu-
cho Dude-
jo.*

QUODAM itaque tempore, inibi commorantibus, beatus Hei- meradus de Sueuia oriundus, voluntaria paupertate pro Chri- sto exul, & peregrinus eò aduenit; cumque lurida facie & proceri corporis macie ac vestium vilitate deformem Episcopus vt vidit; vnde ille diabolus emergeret, inquisiuit. Ille autem, cum se dia- bolum non esse humiliter & patienter dixisset; quæsiuit Episco- pus, an Presbyter esset? vbi autem eò die dominica * mysteria eum celebrasse cognouit, protinus sibi libros, in quibus cantauerat, deferri mandauit, quos incomptos & neglectos & nullius pon- deris aut precii aspiciens, eodem momento in ignem proiici fecit; eumque iussu Reginæ, Episcopi iusto zelo, vt videbatur, compa- tientis, verberibus cædi præcepit. Posthæc quidam Comes Du- dicho * nomine de monte, qui Wartberge appellatur, super- ueniente

ueniente festiuitate S. Andreae Apostoli, Episcopum ad conuiuium inuitauit. Cum autem Comes B. Heimradum quoq; inuississet, & in vigilia ipsius Apostoli eum ad carnam Episcopo oppositum sedere fecisset, comotus Episcopus. Quid vir tantę prudentię sibi in illius pręsentia & consortio vellet, interrogauit; & multis iniurijs verborũ aduersus illum exardescens, delirum & apostatam eum appellauit. Beato vero Heimerado pro Dei amore cuncta patienter & filēter ferente, respondit Comes; se nescisse quicquam eum aduersus illum controuersię habuisse; cępirq; verbis lenibus, & humilibus animum Episcopi mitigare; & viro Dei, quoniam pro vitę suę merito eum valde venerabatur, veniam obnixius postulare. Sed perstitit in sententia sua Episcopus, placari non valēs vllis precibus, quatenus tantę nimietatis pertinacia, fieret ei postmodum humilitatis custodia; & in tantę nobilitatis & dignitatis viro, satisfactio inferiori voluntarię exhibita, ad exemplum humilitatis à discretis commendaretur, quę vix maioribus à subditis iure subiectionis exhibēda imitabilis videretur. Deniq; quoniam ab hominibus Sanctus putaretur, experiri se velle sanctitatem illius dixit. Statimq; coram omnibus, vt altero die Alleluia ad Missam cantaret; sub interminatione plagarum ei iniunxit. Cumq; comes pro eo obnixius supplicādo, & ei huius actionis remissionem petēdo, nihil ageret, * ne quod oleũ camino adijceret, nocte, finitis matutinis laudibus, assumpsit hominem Dei secretius; & consolans eum, obsecrabat, vt tentamēta sanctorum virorum ceu purgamenta non refugeret, sed saltem in nomine sanctę Trinitatis incipiens, cetera Deo committeret. Qui multum renitens, & se demitti ad hospitium flagitās, multis precibus victus, tandem acquieuit. Et veniente hora, cum Episcopus nullo modo à proposito posset abduci sententia, processit; inchoauit, tollenniter & iucundē percantauit; adeo vt omnes, qui aderāt, mirarentur: & se ex nullius vnquam hominis ore suauiore modulationem audisse, faterentur. Episcopus autem, finita Missa, virum Dei secretius tulit; & ad pedes eius ruit; & veniam pro commissis in eum humiliter postulans, & celeriter impetrans, perpetuus ac fidelis ei postmodum amicus fuit.

Dudicho comes VVartberge in pretio habet S. Heimeradum.

Meinvercus Heimradis sanctitatem ex cantu probare nititur.

Cantus mira suauitate. Meinvercus fractus deprecatur iniuriam.

Episcopus autem ipsum castrum sui munimine vastum Ecclesię XIX. Patherburnensi, in cuius diocesi consistit, ornamento & munimēto vtile, situm verò loci in aquis, lignis, pascuis, omnibus modis habile considerans, pro venditione sui vel volūtaria traditione varijs modis Comiti instabat, sed ille filium de pellice, quam duxerat, natum, hęredē facere disponens, monitis salutaribus nō obaudiebat.

Pontificatus eius itaq; anno secundo, Dominicę Incarnationis XX.

*Ansfriidus
Episcopus
Triaellen-
si moritur.
Adelbol-
dus succe-
dit
Villigifus
Mog. Ar.
moritur.
* secundo
Kalend.
Erkanbal-
dus succe-
dit.
Bernardus
Saxonia
dux
Bernardus
F. homo
Meinver-
us.*

MX. Indictione VIII. Ansfriidus venerabilis Traiectensis Episcopus, cuius mira laudum præconia in gestis suis inveniuntur, ad cælestem vitam sustollitur, eique Adelboldus surrogatur. Sequenti anno VII. Kalend. Martij Villigifus Moguntinensis Archiepiscopus omni memoria dignissimus, Episcopatus sui anno trigesimo sexto, post incendium Monasterij Moguntinensis honorifice ab eo constructi; quod III. Kalend. Septemb. accidit, * sancte ad Christum migravit; & in locum eius Erkinbaldus Abbas Fuldenfis subintravit. V. dehinc proxima Idus Februarij Bernardus pius Dux Saxonie filius Hermanni ducis obiit; & filius eius Bernardus fauente sibi Meinverco Episcopo, amicisque suis ducatum obtinuit, & homo Episcopi factus, iuge obsequium in omni fidelitate sibi exhibuit. Frater quoque præfati ducis Bernardi, comes Luttherus proxima III. Kal. Apr. obiit, qui cum vxore sua Emma Senatrice Christianissima, multa bona Ecclesiæ Bremensi contulit.

*Luttherus
Bernardus
fr.*

Post hæc IV. Idus Aprilis, infesto B. Gregorij cum rege in villam regiam *, quæ Triburia dicitur, Episcopus deuenit in comitatum, quem Haold *, dum vixit, tenuit, situm in locis Hauerga, Linga, Thiatmalli, Aga, Patherga, Treueresga, Langaneka, Erposfeld, Silbike, Matfelt, * Neringa, Sinatfeldt, Ballenam prope Sypriada, Gambeke, Gession, Sivvardeshufs cum omni legalitate Rex eius in proprium dedit. Post Pentecosten Helmvardehuifen venit; & Monasterium, quod Ekkihardus Comes in proprietatis suæ fundo construxerat, in honore Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, sanctique Saluatoris, & victoriosissimæ Crucis & S. Mariæ semper virginis, S. Petri Apostolorum Principis, & omnium Apostolorum & Sanctorum omnium, Nonas Iunij dedicauit.

*Nisterga
Helmvar-
dehusen
Monasterij
Ecclesiam
dedicas.*

XXI. Anno sequente pridie Non. Ianuarij Lubentius Bremensis Archiepiscopus obiit, eique Vnvanus Patherbornensis Ecclesiæ canonicus, fauente Meinverco Episcopo, successit. Hic omnibus hominibus acceptus, & Clero ad primè beniuolus, inter innumera piæ recordationis monumenta, Canonicis Ecclesiæ B. Petri eo loci patroni, curtem quandam * Borengun, vt eius seruitium, per natalitia esset Apostolorum, contulit. In australi parte chori altare in honorem S. Liborij patroni sui construxit, & dedicauit. Primus omnium cōgregationem, quæ antea quidem mixta ex monachis & Canonicis conuersatione degebat, ad canonicam regulam traxit. Luocos in Episcopatu suo, in quibus Paludicola regionis illius errore veteri cum professione falsa Christianitatis immolabant, succidit, multos gentiles in Dania, & in eius Borealibus partibus, ad Christum conuertit, plures in diocesi sua Ecclesias fundauit & de-

dicauit;

dicauit ; & pro obtinendis vitæ æternæ gaudijs , omni vigilan-
tia & instantia insudauit, quam diu in hoc mortalitatis corpore mi-
litauit.

XVIII. Februarij præfati anni Dominicæ Incarnationis **MXIII. XXIII.**
Rex Mulenhufen deuenit. Vbi interuentu Kunigundæ reginæ, E-
uerhardi Bambergensis Episcopi, Engelberti Frisingensis, prædi-
um Hoinstede situm in pago Rittiga, in comitatu Bernardi comi-
tis, Meinverco Episcopo attribuit, cum omnibus vtilitatibus &
appenditijs, quibus id Vnvanus Bremensis Archiepiscopus posse-
derat, eique dederat legalitèr. Inde Rex Baucenbergam diuertit, vbi
Euerhardus primus eiusdem sedis Episcopus venerabile Monaste-
rium nobile ac speciale reginæ deuotionis studium, cum conuentu
& suffragio omnium Cisalpinorum Pontificum IIº. Non. Maij de-
dicauit. Rex autem eundem Episcopatum, quem ex integro in suo
domate fundauit, terminis eius ab adiacentibus episcopatibus, le-
gitimo concambio commutatis, principibus Apostolorum Petro
& Paulo, & preciosissimo Martyri Georgio adtitulatum, speciali iu-
re Romanæ Ecclesiæ tradidit, vt & primæ sedi debitum honorem,
diuinitus impenderet, & suam plantationem, tanto patrocinio fir-
miter muniret.

*Hoinstede
prædium
ab Henrico
rege & ein-
verco da-
uatur.
Baucber-
gensis Ec-
clesia dedi-
cata.
Episcopa-
tum erectio.*

Eodem anno Suitgerus sanctæ Mimigardeuordensis Ecclesiæ **XXIV.**
antistes egregius XIII. Calend. Decemb. obiit; sepeliturque in lo-
co, quo degit. Hic genere Saxonicus in Haluerstadt & Mage-
theburg à puero est educatus; à tertio verò Ottone præfata Ec-
clesiæ ciuitatis prælatus. quam cum diuino munere fultus, rege-
ret cum omni diligentia, pollebat diuersarum virtutum excellen-
tia. E quibus hic duæ tantum referantur, per quas aliæ veraci-
ter cognoscantur. Camerarius suus pileum quendam furtiuè
subtractum celare volens, diligenter à pio Seniore interrogatus,
nihil fateatur; sed cultellum supra mensam positum, & ex animo
benedictum, sumere * coactus, quasi ignitum celeriter proijci-
ens, reum se nimis esse, coram profiteretur. Quidam maligno
spiritu arreptus, vi magna est captus, & in præsentiam prædicti
Patris adductus. Quem solui protinus iubens, * baculo se so-
lum irrupentem viriliter amouet; & facto sanctæ crucis signo,
diuina potestate hostem * exire imperauit. Sanctus vir hoc non
suis meritis, sed diuinæ virtuti ascribens, vixit in Christo dies
huius vitæ sibi concessos, ministrans illi fidelis seruus omni stu-
dio. Sedit autem in Episcopatu, XVI. annis, magna semper in-
firmitate, quæ omnigenam virtutem perficit, grauat, & * Theo-
doricus pro eo est subrogatus.

*Suitgeri
Monasteri-
ensis Episco-
pi mors
& vita
sanctitas.
ut mirum
lib. 7. Chro.
unde hæc
pane verbo-
rentur.
* Ciuitatis
prædictæ
præpositus.
Furtum
detegit.
* conatus.
Dæmonem
expellit.
* baculo-
que solum
se acriter
ir-
* securum.
Theodori-
cus Suitge-
ri success-
sor.
* Thideri-
cus.*

XXV. Proximo anno expeditionem in Italiam Rex iturus, vt Cæsaris
 consecrationē à Domino Apostolico perciperet, in Castello, quod
** Gronna*
in Saxonia
Ditmar
Krantz.
 Gröden * dicitur, conuenire Principes mandauit; & VIII. Ka-
 lend. Maij, de statu regni inibi cum eis necessaria tractauit. Episco-
 pus autem Meinvercus cum Rege expeditionem iturus, Ecclesiæ
 suæ penuriam conquestus, itineris expensam labori suo congruam
 instanter petijt, & interuenit Kunigundæ Reginae, Heriberti Co-
 loniensis Archiepiscopi, Athelboldi Traiectensis, Theodorici Mi-
 migardeuordenis, Wigeri Werdensis, Thiedorici Metensis,
 Bernardi Hildenesheimensis, Thietmari Osnabrugensis, Henrici
 Huelbergensis, Berneshufum, situm in pago Lilga, in comitatu
Berneshu-
sum dona-
tur.
 Vdonis Comitum obtinuit; tali præcepto sibi Ecclesiæque suæ, cum
 eo, & de eo dato, vt quicumque ipsam Episcopum, vel aliquem
 successorem eius super eo molestare, inquietare, aut deuestire præ-
 sumeret, perpetuo anathemate condemnatus, C. libras compo-
 neret, L. Regiæ Camerae, L. eidem Ecclesiæ. Eadem quoque
 die, loco & anno, interuentu sæpenumero dictæ, & cum omni me-
S. Cunigū-
da libera-
litat.
 rito dicendæ Reginae Kunigundæ, in idipsum in fraterna caritate
 collaborantibus Erchanbaldo Maguntinensi Archiepiscopo,
 Bernardo Hildenesheimensi, Thiederico Mimigardeuordeni,
 Arnaldo Haluerstadeni, Henrico VVirciburgensi, Hildeuuardo
 Citticensi Episcopis & sacerdotibus Christi, quandam regiam cur-
Item Mo-
yang.
 tem Moranga dictam, in pago Morangano, in comitatu Bernardi
 Comitum sitam, obtinuit, quam Vnwanus Bremensis Archiepisco-
 pus cum manu Aduocati sui Vdonis ipsi Regi, omnium hominum
 contradictione remota, tradidit; quamque ipse Rex, pro remedio
 animæ, sui prædecessoris tertij Ottonis, diuæ memoriæ Imperato-
 ris Augusti, & incolumitatis suæ vitæ, & spe futuræ, cum omnibus
 attinentijs suis tali conditione Meinverco Episcopo concessit, vt
 eandem curtem, quam diu viueret, in proprios vsus potestatiuè
 possideret; post finem verò vitæ suæ, ad vestitum Canonicorum
 in Patherbornensi sede Deo, sanctæq; eius genitrici Mariæ, nec non
 Beatis Kiliano ac Liborio seruientium, annuatim meliorandum
 pertineret. Et si quis hanc donationem infringeret, C. libras au-
 ri persolueret, L. Patherbornensi Ecclesiæ, L. Camerae Re-
 giæ. O quantæ dilectionis indicium, simul & semel hæc tribuentis!
 O quam synceræ deuotionis seruitium, talia & similia accipere
 merentis!

XXVI. Episcopus itaque, quæ desiderauerat, impetratis, Patherbor-
 nam reuertitur; & rebus domesticis dispositis, & magistris idoneis
 operibus præpositis, tempore autumnali cum Rege proficiscitur.

Henrici
Regis

Rex

Rex autem subiectis omnibus & in deditioem redactis, quæ re-
bellare tentauerant, Urbibus, proximum Natale Domini Papiæ
celebrauit, indeque profectus Apuliam à Græcis diu possessam,
Romano imperio recuperauit, eidemque prouinciæ Ismahalem,
Ducem præfecit. Cum autem ciuitates Apuliæ pertransisset, &
quæ ad honorem & vtilitatem regni pertinebant; vbique pruden-
tissime disposuisset, infirmatus morbo calculi, nulla poterat me-
dicorū arte curari. Remedio autem cessante humano, corde & ani-
mo se comisit diuino; ascendensq; montem Cassinū, patrociniū S.
Benedicti & B. Scholasticæ sororis eius pro sanitatis suæ adeptione
suppliciter implorauit, & mirabiliter impetrauit. Deniq; completa
oratione, ad hospitium se contulit, & lassatus ac debilitat⁹, in lectulo
se collocauit. Quo obdormiete, S. Benedictus ei apparuit, & à Deo
in quem sperauisset eum exauditum asseruit. Et ferro medicinali,
quod tenebat, partem illam, vbi calculus hærebat, aperiens, euul-
sum eum in manu Regis posuit, & hiatu vulneris, subita redinte-
gratione sanato, disparuit. Rex autem euigilans, & calculum in
manu sua considerans, aduocatis Episcopis & Principibus osten-
dit eis in se facta magnalia Dei, & cum eisdem Dominum dignè
collaudans, contulit fratribus inibi Deo sub regula S. Benedicti fa-
mulantibus, in prædijs, ornamentis plurimis, dona regalia. Ab eo
tempore, & deinceps Rex quadam speciali veneratione & deuoti-
one S. Benedicto, & omnibus monasticæ religionis cultoribus stu-
duit deseruire, & in amplificandis & protegendis rebus Ecclesia-
sticis benignus & deuotus semper existere.

Valedicto igitur fratribus, lætus & hilaris inde discedens, Romã
cum S. Kunigunda cum triumpho magno intrauit; vbi à Benedicto
Papa benignè & honorificè susceptus, quantas miserationes & be-
neficia per seruum suum Benedictum Dñs ei contulisset, enarrauit.
Papa autem Deo pro omnibus beneficijs suis gratias agens, pro sa-
lute Regis, & rotius populi Christiani sacrificium laudis Domino
immolans, & solemnī benedictione cum vniuersi populi applausu
& inexestimabili exultatione, Regem in Cæsarem & Imperatorem
consecrauit. Eodem ergo tempore, Bauenbergensem fundum Rex
cum omnib⁹ pertinentijs suis B. Petro concedens, Apostolico Præ-
suli iugiter defendendū commendauit. Et in commemorationem
huius protectionis album ambulatorem cum faleris, singulis annis
Romano Præsuli dari constituit. Obtinuit autem magnis humilita-
tis & super * deuotionis precibus apud Dominum Apostolicum,
vt tempore oportuno ad Alemaniam accederet, & Bauenbergen-
sis fundi nouellam plantationem visitaret. Ibi Dominus Apostoli-
cus

*MeinSuer-
ci in Italia
proficilio.*

*Apuliam.
& recuperata.*

*A calculo
Henricus
curatur
ope S. Be-
nedicti.*

*Lege cap.
22. vita S.
Henrici.
vbi hæc en-
dem iisdem
prope Ger-
bia.*

*XXVII.
Vita S.
Henrici
cap. 23.*

*Henricus
Roma Imp.
consecra-
tur.*

*Bauenber-
gensem
Ecclesiam
offerit S. A.*

** Insuper
Benedictus
Papa in
Germaniã
cus inuicatur.*

*Benedicti
Papae
Meinver-
cum et Pa-
therbron-
Ecclesiarum
studium.
* sortium
Reliquia
ab eo dona-
ta.*

cus Meinvercum Episcopum, præconio virtutis & pietatis exi-
miæ, ubiq; carum & præclarum habitum, benignè suscepit, & eius
ardentissimæ in Deum dilectioni & deuotioni congaudens & con-
gratulans, de omnibus quæ ab eo petijt, parata & deuota caritatis
beneuolentiâ satisfecit. Denique desiderium eius de Reliquijs
Sanctorum ad constructionem Monasteriorum audiens * di-
midium corpus septem fratrum filiorum S. Felicitatis qui sub An-
tonino Imperatore passi sunt, Philippi videlicet, Iuuenalis & Fel-
cis; & cranium S. Blasij, qui sub Licinio anno Dominicæ Incarna-
tionis cccxxii gloriosa passione migravit ad cælos. Brachium
quoque S. Miniatis, qui sub Diocletiano * VIII Kal. Nouem.
passus est, cum aliorum plurimorum Sanctorum Reliquijs tribuit: Et
priuilegium de bonis Ecclesiæ suæ concessis & concedendis, Apo-
stolica auctoritate, contulit: quod ad posteritatis monumentum,
& Patherbronensis Ecclesiæ stabile præsidium & firmamentum,
hic inseratur, vt ipsa exemplis tantæ deuotionis & vtilitatis instrua-
tur. Raptorum vero quisque ad cumulum suæ damnationis vide-
at, & audiat, & confundatur.

*XXVIII.
Priuilegiū
concessum*

** aliquis*

Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto in Domino
filio Meinverco & venerabili Episcopo Patherbronensis Eccle-
siæ, suisque successoribus in perpetuum. Desiderium quod ad re-
ligiosum propositum & sanctorum locorum stabilitatem pertinere
monstratur, sine aliqua nostra, Deo auctore, dilatione perficien-
dum, & quoties * in quibusdam eius vtilitatibus commodum
nostrum assensum, & solitæ Apostolicæ auctoritatis exposcit præ-
sidium, ibi, * vel illi nostro benignitatis intuitu nos conuenit
subuenire, & quod * ratum integra securitate & ratione soli-
dare, vt ex hoc, ipsis venerabilibus locis salus & indemnitas perfi-
ciatur, * & nobis quoque lucrî potissimum præmium à con-
ditore omnium Domino, in sidereis arcibus proscribatur. Igitur
quod postulatis à nobis, quatenus confirmaremus & Apostolica
auctoritate corroboraremus, tuæ Ecclesiæ tibi & successoribus
tuis in perpetuum, quæcunque pro redemptione animæ suæ ab
Imperatoribus siue Regibus, Ducibus, Comitibus, & ab omnibus
magnis paruisque personis oblata sunt, siue commutata, siue om-
nia, quæ tu ductus amore Dei de propriis tuis hæreditatibus eidem
tuæ venerabili sponsæ contulisti perpetualiter, inclinati precibus
tuis per huius priuilegij seriem confirmamus & corroboramus,
Ecclesiæ tuæ, tibi, tuisque successoribus, omnia prædia culta & in-
cultata: nec non omnia, quæ ei pro redemptione animæ suæ ab Im-
pera-

peratoribus, maximèque à Christianissimo & Serenissimo filio nostro dilectissimo, ac Sanctissimo Imperatore Henrico oblata sunt, siue in Comitibus, seu vbiunque fuerint. nec non omnia quæ à Regibus, Ducibus, Comitibus, magnisque paruisque personis iam dictæ Ecclesiæ oblata sunt. Simili quoque modo confirmamus ea omnia loca, quæ tu ipse pro redemptione animæ tuæ & parentum tuorum iam dictæ tuæ sponsæ de proprijs hæreditatibus contulisti. Nec non ea, quæ ab aliquibus commutata sunt; statuentes Apostolica censura sub Anathematis interdictione, vt nulli vnquam parvæ magnæque personæ liceat contra hoc nostrum Apostolicum priuilegium insurgere & contraire. Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu contra huius nostræ Apostolicæ præceptionis seriem piè à nobis promulgatam, venire agereue tentauerit, sciat se Domini nostri, Apostolorum Principis Petri anathematis vinculo innodatum, & cum Diabolo & eius atrocissimis Pompis, atque cum Iuda Traditore Domini nostri Iesu Christi in æternum igne cremandum, simulq; & in voragine tartareoq; chaos demersus cum impijs deficiat. Qui vero pro intuitu, custodes & obseruatores huius nostræ salutiferæ præceptionis extiterint, benedictionis gratiam cælestesque retributiones ac æterna gaudia, ab ipso iudice Domino nostro consequi mereantur. Scriptum per manus Benedicti Notarij & Serinearij Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in Mense Martio, Indictione XII. Anno Domini cæ Incarnationis Millefimo decimo quarto.

*Henricus
hoc anno
Imp factus.*

XXIX.

Cum autem Episcopus inibi cum Rege aliquandiu moratus, de lue grauissimæ mortalitatis, quæ immanissimè exercitum depopulabatur, mæstus esset: accessit ad eum quidam Romanorum consilians ei vt pro suorum incolumitate aliquam se venerationem, in terra sua facturum sancto Alexio voueret. Meinvercus illic, sublatis ad cælum manibus, & oculis, se Monasterium honorari & amori eius congruum facturum, si suis precibus suorum incolumitatem à Deo obtineret sinceriter vouit. Et se eius meritis à Deo exauditum, suorum omnium iumentorum & hominum incolumitatis receptionem, & conseruationem veraciter probauit.

*Henrici
Imp exercitum
lues depascitur.*

*Meinvercus
s. Alexio
vovens
Monasterium
suum
sospitatem
adipiscitur.*

Nouus autem Imperator omnia, quæ volebat à Domino XXX. Apostolico impetrans, consolatione eius & benedictione in Domino confortatus, Alpes Penninas transcendit. Et Papiam rediens sanctum Pascha ibidem feriauit.

*Henrici
Imp redi-
tus ex Italia.*

Venc-

*Meinſver
cum nouo
priuilegio
cohonestat.*

Venerabilis autem Episcopus, tam materiali quam spiritali gladio Ecclesiam commissam munire & tueri desiderans, Imperatorem inibi cum amicis suis & Regni Magnatibus adiit, & vt talia bona imperiali auctoritate confirmaret, qualia Dominus Apostolicus sua canonica confirmauerat suppliciter expetiit. Imperator autem eius ardui itineris laborem, quem suæ dilectionis intuitu, ad Apostolorum limina secum arripuerat, reminiscēs, rationabili petitioni solita benignitate promptissimè fauit, & omnia ab eo de bonis hæreditarijs Patherbornensi Ecclesiæ collatis & deinceps conferendis, & alia quælibet, sua instantia & industria à quibuscunque fidelibus acquisita & acquirenda, commutata vel commutanda, Regio auctoritatis præcepto, aureo sigillo bullato, confirmauit & corroborauit.

*Liberali-
tas in Mo-
nasteria.
Cluniacum
adit cap
26. vita S.
Henrici.
* Monaste-
rium.
Offert ibi
diadema
aureum.*

*Fundos ex
Alsatia
adscribit.
Meinſver-
cus inde
Coloniã
monacho-
rũ educit.
* Monasti-
ca vitæ ca-
nobium.
His domici-
lium es o-
ratorium
extruit.
Monacho-
rum amuli
Patherbr
Meinſver
co obtre-
fiant.
Monachi
bene iun-
gentur ele-
ricũ.*

Dimisso autem Imperator exercitu, in terram suam, Regni negotijs vbique prudenter dispositis, per omnia virtutis & pietatis vestigia, dereliquit. Et vbicunque seruorum Dei habitacula inuenisset, eorum res adaugens, & amplificans, omnium se orationibus commendauit. Cluniacum quoque inter alia vbique terrarum, pro suæ Religionis seruore, & situ loci nominatum * cum Domino Meinſverco Episcopo, & paucis familiaribus suis adiit, & multa sanctitatis & Religionis indicia, quæ audierat, vera esse comprobans, coronam auream pretiosissimis gemmis adornatam ad missam, quando Cathedra sancti Petri celebratur, obtulit; & fraternitate monachorum humiliter petita & accepta, cum maxima contritione cordis, omnium se orationibus commendauit. Et in supplementum necessariorum rerum optima prædia in Alsatia eidem congregationi, testamentaria auctoritate, delegauit. Ibi Imperatore fauente & suum in omnibus auxilium spondente, Episcopus Meinſvercus ab Abbate & congregatione XIII. fratres ad construendum * Monasterium petiit & impetrauit. Cum quibus assumpta libra panis & potus, & Regula, & antiphonario vno, & hymnario, festinanter repatrians, capellam in honore S. Benedicti in orientali parte Patherbronensis ciuitatis fundauit, & celeriter consummauit. Monachorum autem æmulis aduentum eorum causantibus, eosque vtilius secundum nominis sui etymologiam arbitrantibus à ciuitate remotos fore: ciuitati vero honestius, in eo loco clericos & Moniales degere affirmantibus, venerabilis Episcopus humiliter rationem reddidit, dicens, fæmineum sexum naturæ suæ qualitate fragilem esse, & infirmorum animas per eas scandalizare & scandalizari facile posse; Monachos vero conuenientius vicinos & coniunctos esse clericis; quia vt in varijs lubricis vitæ excessibus & euentibus, in diuinis & huma-

humanis fraterna caritate & vnitate inuicem succurrerent , & consulerent, ceteris regendis norma & forma facti: Episcopo sub cuius umbra alarum requiescerent, in vtriusque vitæ prouisione & dispositione auxilio & consilio forent. adiiciens id decere & debere fieri, vt ad seruitium Laici , & ad consilium admitterentur Clerici. Qua ratione data, & audita, boni quique & discreti dicta eius & facta approbantes, rationabiliter cæpta feliciter prosperari & consummari optauerunt: Similes autem similibus congaudentes, dissimilibus & melioribus inuidere & derogare non cessauerunt.

Ædificio ergò Principalis Ecclesiæ magnificè consummato, in frequentia & præsentia hominum vtriusque sexus & habitus, ætatis & dignitatis solenniter eam dedicauit XVII. Kalend. Octobris: & Apostolici priuilegio coram populo recitato & interpretato, in eiusdem soliditatis munimine suum ædificium collocauit, & stabiliuit. Episcopus autem sperans se ab Imperatore Eructe impetraturum eum dedicationi interesse postulauerat, sed ille Polaniam contra Bolislaum * tempore ætatis ingressus cum valida suorum manu, interesse non poterat. Idem namque Bolislaus cum Vdelrico Duce Boëmiæ ad Imperatorem in Meresburg venturus fuerat determinatus, sed ipse venire contemnens & rebellare disponens ab Imperatore, Dei misericordia, per Sanctorum patrocinia, quibus se, suumque populum intimè commendauerat, est cum suis omnibus superatus.

Episcopus autem ex bonis hæreditarijs in Saxonia positis, Vrbem sitam in loco qui Plesse dicitur, eam vndecies centum Mansisiam ante Ecclesiæ traditis, ipso die recognoscendo & reiterando, Ecclesiæ Dei assignauit, * & confirmauit; quibusdam bonis Ecclesiæ construendis designatis. Tali conditione exceptis, vt si eo morte præuento Ecclesiæ imperfectæ manerent, post obitum matris suæ, cui ad temporalis vitæ subsidia honesta concesserat, Ecclesiæ ipsi attinerent. Cuius exemplum, vtriusque sexus, conditionis & ordinis sequi cæperunt: & pro posse suæ facultatis, pro obtinendo brauiò perpetuæ felicitatis, salutaribus Episcopi monitis instructi bona sua Ecclesiæ contulerunt. Quia ergo aliquibus tædiosum & onerosum, non autem Pathebornensis Ecclesiæ otiosum esset aut infructuosum, singulorum beneficia describere particulariter, qualis populi vouendi & offerendi integritate actionis, simplicitate intentionis, tranquillitate deuotionis, fuerit puritas, quanta Episcopi rectitudine actionis, af-

XXXI.
Dedicatio
Principalis
Ecclesiæ.

Henrici
Imp in Po-
loniam ex-
pediit
* Bolis-
laum.
Vdelricus,
sen Oche-
ricus Bohe-
mia Dux.

XXXII.
Die Plesse.
Doratio
nova Eccle-
siæ Cathedra-
lis Patheborn-
ensis.
* delegauit.

Omnium
ordinum
in Ecclesiâ
hanc bene-
ficientia.

fectu mutæ dilectionis, effectu congruæ retributionis, & omnis & ad oēs extiterit liberalitas, quæ in hæredū rationabili approbatione, testium p̄babili adstipulatione, aduocatorū legali executione fuerit seruata æquitas, & auctoritas, perpendatur vniuersaliter; quia, quo vicaria dilectionis relatione in alterutrum latarentur affectu, quantum vtrinque de Ecclesiæ gratularentur profectu, facilius à sapiente eiusmodi iudiciis poterit sufficienter æstimari, quam alieno ore & stylo, conuenienter narrari.

XXXIII.
Monasterij
S. Benedicti
E primi
templi de-
dicatio &
fundatio.

Lumina-
ria.
Valesuda-
rium.

Indulgen-
tia.

Sigehardus
1. Abbas.
Seminarij
iuuentutis
Monastica.

Septimo-
nastica.

Familia
distributio.

Cum ergo, vt prædictum est, anno Dominicæ Incarnatio-
nis millesimo decimo quinto, Capellam in honorem S. Benedi-
cti Episcopus inchoasset, tantò citius, quantò deuotius eam
consummavit: & in capite Ieiunij proximi anni XVI. Kalend.
Martij Meinvercus solenniter eam consecrans, in dotem eius
domum vnã in Northberge, cum decima, delegauit, de qua
eidem Ecclesiæ prouideri luminaria, & infirmorum vsibus ad-
ministrari necessaria ordinauit. Domus autem infirmorum po-
stea ita constructa est, vt vnus murus vtrumque, capellam &
domum coniungeret; & Sacerdos assistens altari per fenestram
muri, infirmum communicaret. Ipsa autem die Dedicatio-
nis eius, per salutarem confessionis pœnitentiam, generalem
absolutionis Episcopus populo tribuit indulgentiam, proponens
eis in sermone ad exemplum pœnitentiæ, vitam pœnitentium,
& pauperum voluntariè. De fratribus autem, quos adduxe-
rat vnum Sigehardum nomine in Abbatem consecrans, alijs
præposuit; & quosdam pueros ministerialium & ciuium suorum
regulari norma induendos inibi, tradidit, qui cum mundi con-
temptu & virtutum appetitu regulariter incederent, & odore
bonæ opinionis & sanctæ conuersationis longè latèque in popu-
los spargerent. De conuersione eorum & conuersatione non
modicè Episcopus lætabatur; illum prosequens gratiarum ac-
tione, de cuius munere venit, vt ei à fidelibus suis dignè &
laudabiliter seruiatur. Vnde Monasterij fundamentis positis,
& claustralibus officinis congruè dispositis, inchoata consum-
mari accelerabat; eò instantius, quò ad alia inchoanda feruenti-
us anhelabat. Terminum autem claustralem quieti & utilitati
monasteriali congruum latè præfixit: & quicquid in gyro per
circuitum Monasterij à via publica qua in urbem iter est interie-
ctum vsque ad coquinam Episcopi, adiacet, iuri ipsius Eccle-
siæ addixit. Areas autem versus occidentem ex vtraque parte
Patheræ contiguas, diuersis curiæ seruatoribus & artificibus &
ad

ad mandatum pauperum in cœna Domini deputauit : & in cotidiani ministerij necessitatibus in alimentorum vestimentorumque vtilitatibus non minus decenter , quam vtiliter filiis suis prospicere curauit. Quoties autem claustrum introisset , relictis foris popularibus , assumptis grauibus & religiosis personis , quæ sciebant & sua tegere , & aliena non publicare , claustrum introiuit. Et hoc deinceps faciendum , tam canonum traditione , quam sua institutione mandauit.

*Meinwer-
ci in Mo-
nasterio
castrum ab-
gressus.*

DE MALITIA MATRIS

eius.

INTER hæc opus Creatoris admirabile in Episcopo , quod in honorem & existimationem , & non in contumeliam factum contemplemur , & ineffabiles diuitias bonitatis eius pro modulo humanæ valetudinis admiremur & veneremur , qui sicut peccata patrum in filiis & nepotibus peccata eorum propriis cumulantibus , & longanimi patientia Dei ad augmentum suæ perditionis abutentibus , in tertiam & quartam generationem reddit ; ita malitiæ paternæ expertes tanquam ex sterquilinio preciosam margaritam producit. Dum itaque Episcopus in omnibus , & super omnia diligeret Deum , proximo eandem dilectionem exemplis & monitis exhibuit , & ad viam salutis vnumquemque informare , quantum temporum qualitati & personarum vtilitati congruebat non destitit. Vnde patre suo mortuo , matrem , vt secunda recusans matrimonia , sexagesimum vidualis continentia fructum assequi niteretur , sedulo admonuit ; exemplum suum ei proponens , qui carnem suam crucifigens cum vitiis & concupiscentiis sponso cœlesti mente actu & habitu applicari malit. Illa autem , quæ carnis sunt sapiens , salutis suæ monita contemnebat ; & ingressa latam & spatiosam viam , quæ ducit ad mortem eò infelicius quò voluptuosius eam incedebat. Infamia denique suæ malitiæ & nequitia vbiq̃ nota & abominata , ad filium suum Episcopum in Patherbrunna * venit , & oblatis ei bonis ad temporalis vitæ subsidia sibi delegatis , nouam domum , cum attinentibus * eius quamdiu viueret , sibi ab eo concedi petiit. Ille autem veluti colubrum intra sinum , pietatis intuitu , suscipere renuens , & ne tacta pice inquinaretur præcauens , consortium eius vel commercium omnimodis recusauit , & se bonis eius non indigere vel curare protestans , Deum verò , cui se suaque omnia deuouisset , ampliora daturum affirmans , ab omni

XXXIV.

*Meinwer-
cus matrē
ad vidui-
tatem statu
frustra
suauit.*

*Mater la-
tam in-
gressa viā.*

** Pather-
brunna.*

** attinen-
tibus.*

*Eam Mein-
wericus
apud se
esse non
paritur.*

*Balderico
comiti se-
cundis nu-
prius se-
iungit.*

** Vpplian
Ditmago.
Chron lib.*

*7
Thiederi-
cum filium
Meinover-
co fratrem
comitem è
medio. vol-
lit.*

*Drotman-
nia con-
uentu vel
Trenoni-
ensi, mater
ves capita-
lis damna-
tur.*

*Meinover-
es in matrè
impiam se-
ueritas.
Vix flesti-
tur ut eius
capiti par-
catur.*

*Fortuna
proscripta.
* Imma-
leshusen.
Ditmago.
7. li. Chron.*

** Adoriam
MS. unius
sed recens.
Potius pa-
nitere.
Meinover-
co eiusque
Ecclesia do-
nata.*

fuò Episcopio vel allodio eam quantoocius recedere mandauit. Quæ repulsa cum ignominia, maiori aduersus eum exarsit inuidia: ad eius interitum omnem scemineo furore quarens aditum. Ad eius itaque contumeliam & maiorem inuidiam, Baldericum comitem licet hominem fortem, diuitem & potentem, non tamen eius matrimonio congruentem, maritum accepit: & eius consilio, filium proprium, comitem Thiedericum, Episcopo quasi animam suam dilectum, eo in Longobardia cum rege Heinrico manente, vii. Idus Aprilis * Vplage vrbe munitissima iuxta Eltene sita, ab hominibus eius, occidi præcepit. Et multa nefanda dictu, & relatu horrenda, quæ vlllo modo potuit excogitare & inuestigare, non erubuit probare & perpetrare. Itaque, fama malum, quo non aliud velocius vllum, mobilitate viget, volat per populos; pauore & horrore pro innocentis nece cõcutit vniuersos. Tinniunt audientium præ immanitate sceleris aures. Stupent omnes. A remotis & ignotis innocentia & modestia occisi auditur. In communi ab omnibus de parricida vltio expetitur. Amplius autem Episcopo post reditũ Imperatoris cum principibus, non nimietate doloris, sed sinceritate Dei amoris & canonici rigoris instante, illa maledicta per legales inducias cum suis fautoribus Drotmanniam vocatur, & maiestatis rea, filijque proprii parricida morti adiudicatur. Quibusdam autem inhumanitatem Episcopi erga matrem suam falsa compassione causantibus, & pro correctione culpæ veniam & vitam postulãtibus, Episcopus diu multumque restitit, & carnem quæ peccauerat temporaliter puniendam, vt Spiritus saluaretur in die Domini asseruit. Tandem victus instantia postulantium vix aequieuit. Et accedens ad Imperatorem eius iudicio & arbitrio quomodo terminaretur, secundum quod honori imperij congrueret, & animæ eius expediret, commisit. Consulentibus ergò, qui aderant, prædia quedam in Saxonia, quæ hereditario iure possederat; quæque ei ad temporalis vitæ subsidia post mortem patris sui Episcopus concesserat; inter quæ principales sortes sunt istæ, * Immeleshusen, Walmontheim, Hauerlon, Hukelhe, Mandelbike, Goltzbiki, Dodonhusen, Hokinesleuo, Wakeresleuo, cum manu Balderici comitis mariti sui, & aduocati, cum consensu hæredum suorum, Imperatori potestatiuè contradidit. Et sic. interuentu omnium, vitam carnis obtinuit; & æternam * mortem animæ incurrit. Imperator autem prece & deuotione admonitus Episcopi venerabilis dilecti sui nepotis, quem se, suaque omnia diuino seruitio mancipare cognouit, eadem prædia cum suis appenditijs, quæ dari solent, vel nominari valent vt ille tratum omnium attinentijs, ei suæque Ecclesiæ, omnium homi-

hominum contradictione remota IV. Idus Ianuarij, anno Domini-
cæ Incarnationis M. XVI. Indictione * XIII. in Drotmânia tribuit, * *117.*
regali auctoritate decernens, vt nulla persona, aliqua iudiciaria po-
testate in eisdem prædijs se intromitteret, nisi aduocatus, quem ipse
Episcopus, vel suorum quilibet successorum elegisset: & si quis
hoc præceptum infringeret, C. libras auri persolueret. L. regia ca-
mera, L. Patherbronnensi Ecclesiæ. De his prædijs Dodenhusen &
Golthbeke Ecclesiæ nouæ, quam summo studio construxerat Epi-
scopus contulit, cætera sibi ad maioris Ecclesiæ dominium reti-
nuit.

Plurimorum autem negotiorum gratia ibi demoratus, multis XXXV.
suis in vinea Domini cooperarijs, tam ad constructionem nouo-
rum, quam ad reparationem collapsorum apud Imperatorem in-
teruentu vsus fuit. Ipseque aliorum obtentu videlicet Erichanbal-
di Magontinensis Archiepiscopi, Episcoporum quoque Heinrici *Drotman-
nia com-
uentus.*
Wirciburgensis, Wicgeri Verdensis, * Arnoldi Haluerstadenfis, * *Arual-
phi.*
Berenwardi Hildenesheimensis, Thiederici Mimigardeuorden-
sis, Hildiwardi Citicensis, Gregorij atque Azzonis Romanorum,
& aliorum multorum, Berneshusen, ab Vnwano Bremen- *Berneshu-
sen, aliqua
prædia
Meinver-
cus recupe-
rat.*
si Archiepiscopo Imperatori legaliter traditum, & comitatum
in Hauerga locisque prædictis situm: & ab eodem Imperatore,
pro remedio animæ suæ, parentumque suorum, nec non tertij
Ottonis bonæ memoriæ Imperatoris, dilectæque contectalis suæ
Cunigundæ Imperatricis Augustæ eidem Episcopo Meinverco
suæque Ecclesiæ ante quinquennium datum, quæ inuasiōne quo-
rundam erant turbata, eis manentibus in Longobardia XIX. Ca-
lend. Februa. ibidem in Drotmannia renouari & confirmari obti-
nuit.

Baldericus quoque Comes prædictus, per consensum suæ con- XXXVI.
rectalis Athelæ, petente Meinverco Episcopo, in præsentia Hein-
rici Imperatoris, Archiepiscoporum Meingoz Treuerensis, Heri-
berti Colonienfis, Episcoporum etiam Athalbaldi Traiectensis,
Thiederici Mimigardeuordenfis, Thietmari Osneburgensis, Ar-
noldi Haluerstadenfis, Laicorum quoque Bernardi Ducis, Lui-
dolfi, Thiederici, VViemanni comitum, & aliorum multorum,
prædium quoddam in comitatu Vdonis præsidis in Himmeruel-
dun ei in proprium tradidit; quod eiusdem Episcopi aduocatus *Himmer-
ueldum à
Balderico
Comite ac-
quisit.*
nomine Herimannus ad Patherbrunnensis Ecclesiæ proprietatem
suscepit.

Eodem anno, magnæ molis grando venit: & plurimi fulmine XXXVII.
interierunt. Episcopus verò secundum quod scriptum est, fla- *Fulmine
multi af-
fati perierunt.*

Erruor .19. gellato pestilente, stultus sapientior erit, aliorum interitum suæ corruptionis æstimauit profectum, eò intentius anhelans ad æterna, quo sui cursus mutabilitate perpendit non, subsistere terrena.

*Mein & Ger-
ci mater o-
sus heredi-
tati immi-
net.*

*Eltenam S.
Vito sacrã
ex alieno
dotat.*

*Examen
vulgare
per reli-
quias.*

*Rene oppi-
dum.*

*S Cunera
Ecclesia.*

*Mein & Ger-
ci reliquias
temere co-
raclis panis
sequitur
inuitos.*

Mater autem Episcopi existens ingrata de misericordia collata, iniquitati apposuit iniquitatem, modis omnibus quærens alienare filio omnem hereditatem. Qua mentis insania famineo furore debacchata, X. mansos in monte Lare iuxta Heimmerberg in inferiori terra, Ecclesiæ S. Viti in Eltene quasi sub specie religionis contulit, & alia alijs conferre disposuit; quæ sæcularium, timore Imperatoris & Episcopi, quibus cor vnum, & animam vnã esse omnes sciebant, accipere nemo ausus fuit. Quo, celeri nuncio Episcopus comperto, velociter partes terræ inferioris adiit, eamque in monte Lare deprehendens, volentem fuga euadere, ad aquam Emme de monte saliente comprehendit, & deteriorem qualibet creatura protestans, quæ filios vterinos non solum occideret, verum etiam exheredare disponderet, capi eam fecit. Hominibus autem matris eius, parti Dominæ suæ fauentibus, & X. mansos, quos S. Vito dederat, licitè eam dedisse, & dare potuisse asserentibus, Episcopus nihil præter iustitiam se exigere dixit; & eis ad suæ iustitiæ ostensionem reliquias Sanctorum expetentibus, ipse non reuinit. Illicò allatis reliquijs de Ecclesia vicina Rene constructa, in honore sanctæ Cunera in quibus iurare consueuerant, Episcopus eas abiecit; & prolatis de apothecis suis reliquijs sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & S. Blasij, super eas eos iurare fecit. Quod votis Dominæ suæ temerarijs satisfacere volentes, VII. viri ad reliquias accesserunt, & manus vt iurarent apponentes, mox cælesti plaga percussi, quatuor ex eis oculos amiserunt, alijs tribus erectæ manus obriguerunt; & omnibus diebus vitæ eorum, tali plaga multati, permanserunt. Manifestam ergo virtutem Dei matri proponens, tandem aliquando eam inspicere hortabatur, & te bonis beati Viti non indigere dicens, quæ ei dederat, rata fecit; ne vllam occasionem pereundi matri dedisse videretur.

XXXVIII. Quia ergo DEVM intimè dilexit, plures ad eum exemplo suo attraxit. Qui de bonis sibi temporaliter collatis prouidere sibi studuerunt bona perpetuæ claritatis. Quidam denique liber homo, nomine Cuonon lignorum suorum proprietatem in loco qui Are nomen habens, vsque hodie Cononbusch dicitur,

*Cuononis
nomen.*

citur,

citur, ei contulit; quoniam quæ agebat ad eò prosperari & ab eò omnia ad diuini cultus augmentum fieri veraciter intellexit. Item alius quidam in Helessem molendini aquam; & alij alia; fideliter sperantes eam futuro sibi reddi centuplicia.

Diuertens * enim Episcopus Radincheim quoddam dorsale in cubiculo matris suæ suspensum deijci, & suum pallium suspendi mandauit, & pie violentus ipsum dorsale occultè caballo impositum, nouo suo monasterio Patherbrunno quantum cius deferri imperauit. Ipsum autem dorsale reliquerat ad nominis sui memoriam, pariterque, in honorem Balderici comitis quam duxerat mater eius, fieri fecerat, picto in eo ob insigne virtutis ad monumentum posteritatis, quod draconem in loco quodam interfecerat. Post discessum igitur Episcopi mater eius, vnde proficere debuit, deterior efficitur, & fæmineo possessa furore, quicquid in prædijs vel rebus alijs habuit, distrahere non moratur. Denique villam in Reinvvic cum attinentibus eius; itemque Ecclesiam & villam in Wie, cum ipsius appenditijs B. Heriberto Coloniensi Archiepiscopo ad monasterium, quod in Tuiciensi castro in honore sanctæ Mariæ perpetuæ virginis construxit, vendidit: & manutergium altaris pretiosum serico contextum ei tradidit. Et principali Ecclesiæ beati Petri Apostoli emporium in * Resse cum sibi adiacentijs, vt ibi sepeliretur, dedit, quæ Episcopus non solum non requisit, verum facta grata habens, fratrum amator, deuotionis eorum adiutor, & cooperator factus, ea laudauit & stabiluit.

XXXIX.
* etiam
Radin-
cheim.
Meinwer-
ca ex ma-
tris domi-
cilio rape-
rem au-
fert.

Mater irra-
ta patri-
monium
alienare
pergit.
S. Heriber-
to Coloni-
ensi quadam
offert ad
Tuiciense
Monast.
* Resse
An Resse
Clinicop-
pidum?

Baldericus autem comes cum se quasi innocentem de nece innocenti, humana sefellisset sapientia, cepit quasi potens de inani gloriari potentia; cæcatusque mundi diuitijs, & captus amore nefariæ mulieris spreuit mentis fastu DEVM altissimum largitorem diuitiarum suarum ac virium. Denique quadam die in Radincheim de solario eminentiori quæ qua versus prospectans, & loci qualitatem situsque sui multiplicem vtilitatem considerans, cum, inquit, DEVS omnia posse dicatur, quomodo me in tanta gloria seculari, in tanta omnigenarum rerum copia, ad inopiam redigere posse credatur? nam Rhenus præteriens abundanter visui & vsui delectabilia, saltus adiacens, volucrum & bestiarum sufficienter necessaria administrat, & de tantis diuitijs subijci posse inopijs, opinari, frivolum constat. Quam benè & congruè par conuenit pari, dum

XL.
Baldericus
comes
Meinwer-
ci vitricus
rebus se-
cundis in-
solentis.

Opum sta-
lida fida-
cia.

vir talis mulieri iungitur tali. Cum igitur talibus & similibus voluptatibus & vanitatibus inferuissent, & in sordibus positi merito suæ iniquitatis amplius forderent, directis ad eos ab Imperatore duobus nobilibus viris, eos discedentes ex insidijs peremerunt. Ergo sanguine innocentum vindictam à Deo expetente, iusto iudicio publicis legibus damnati, & præscripti, ius legemque omnem perdiderunt. Nam, qui Deum impotentem, ut ad inopiam eum redigeret, æstimabat, profugus ne seruorum * suorum confortio vel colloquio usus, in aliena terra mendicando stipem petebat; & illa Coloniam diuertens, habensque aliquandiu de Ecclesia principali, itemque de Ecclesia Tuiciensi præbendam, ibidem moritur, & ante Ecclesiam S. Petri sepelitur; sed tempestate adeo saeuiente ut totius ciuitatis interitum minitaretur, effusa in Rhenum proiicitur. Ipseque Rhenum sui inundatione & fluctuum collisione plurimis diebus ita efferbuit, quasi maledictam illam non posse ferre manifestè protestaretur. Mortua igitur matre sua hoc modo, Episcopus cum sorore sua, bona hæreditaria in inferiori terra diuisit, & illa partem suam sancto Vito in Eltene conferente, ipse suam cœnobio quod in ciuitate Patherbrunnensi, ut prædictum est, inchoauerat, delegauit.

*eadem nobili-
sum.*

** seniorum
Balderici
Comitis
infelix
exitus.
Mein-
ci mater
miserè per-
it, eiusque
corpus in
profunden-
tem
abijcitur.*

DE INTERFECTIONE INVASO-
ris Episcopatus Treuerensis: Et quomodo sanctus
Poppo eundem adeptus
sit.

*XII
* alij
MXVI.
* Megingoz
Läberro
alij: Me-
gingauanus
Arhelbero
Lucelin-
burgius
Treueren-
sem Cæthe-
dram ama-
bit.
Poppo ei ab
Henrico
Imp. præ-
fertur.*

ANNO autem Dominicæ Incarnationis M. * XVII. Mein-
goz * Treuerensis Archiepiscopus obiit; & Athelbero
Præpositus Monasterii S. Paulini Treueris, ortus de Lucelin-
burch vir potens & diues valde, habens inter alia bona hæreditaria
Castella hæc, Sauburg, Berencasdel, Rudike, ea spe & fiducia, quia
soror eius Conigunda Regi nupta fuit, Episcopalis cathedræ di-
gnitatem affectauit & usurpauit. Imperator autem Christianis-
simus pro multorum salute, sprete illius affinitate, ausibus teme-
rariis nulla ratione acquieuit; & variis modis per Episcopatum
debachantem compescere non valens, Episcopatum Popponi
viro venerabili, secundum carnem nobili, contulit; Athelbero-
nique dixit: Talem virum de beo dirigere, qui tuæ vesaniæ valeat
resistere. Poppo autem Episcopatum adeptus, Berencasdel ca-
stellum à prædonibus Athelberonis defensum, destruxit; & aliud
castellum

castellum cuiusdam tyranni Adthelberti quod dicitur, Siftra ad terram similiter deiecit. Qui videlicet Adthelbertus, castellum Treueris quondam in honore sanctæ Crucis constructum possidebat, vnde frequenter cum multitudine militum erumpens, ad curiam Episcopi, quicquid ad eius obsequium parabatur violenter auferens abducebat. Cuius rei ignominia confusus Episcopus, videlicet quod hostem quotidianum sibi tam proximum ob munitionem castelli non posset debellare, multis ad amicos suos habitis querimonijs ad huiusmodi infamiam depellendam, consilium & auxilium caput inquirere. Erat autem in exercitu eius eo tempore vir potens & diuitijs & viribus fortis Sicko nomine, qui promisit se tētaturum, si quo modo posset inuenire huius mali medicamentum. Episcopo sibi satis congratulante, egreditur ille occasionem nactus, quo modo periclitanti subueniret. Quadam ergo die pergit ad portam castelli, pulsans fores, rogat sibi ab Adthelberto ad refocillandum poculum mitti. Quod cum celeriter allatum ebibisset, tanquam nimium sitis feruorem patiens, pincernam alloquitur dicēs. Domino tuo, ait, à te ex parte mea magnas gratiarum actiones nunciato; pariter & hæc verba nunciare curato, quod, vita sospite, hoc poculum rependam sibi citissime grata voluntate. Et his dictis abijt. Captato deinde opportuno tempore triginta hamas præparat, singulos milites electos, loricatos, & galeatos, ensibusq; præcinctos in singulis collocat, & desuper linteis opertos, funes quibus vestes ad portandum infererentur aptat. Deinde septuaginta viros nihilominus electos & plebeia veste amictos, ensibus eorum in hamis reconditis, gestatores constituit, nulloque hominum huius fraudis præter prædictos conscio: ipse Sicko cum his & alijs paucis militibus vallatus ad castellum tetendit, fores pulsauit. Seruo sciscitante, quis sit & quid velit, dic Domino tuo, ait, me sibi vinum magnæ dilectionis gratia olim promissum deferre, quando ipsum non piguit mihi sitienti poculum dirigere. Iussu ergo Adthelberti illi sunt intromissi, & Sicko post alios intrans, iubet auferri linteorum velamina, rogat Adthelbertum suscipere dilectionis munera. Portitores sicut erant docti, vno pariter momento omnia hamarum velamina deijcientes, gladios suos arripuerunt, insidiæ de hamis exilientes gladios stringunt, fortiter vndique ferientes, ipsum Adthelbertum occidunt, cæteros ædituos crudeliter mactantes, castellum in solitudinem redigunt. Sic Dei misericordia Episcopus à Tyrannide Athelberonis mirifice est liberatus, & Sicko pro victoria ab Episcopo beneficijs magnifice est illustratus. Simili modo per alios principes suos mul-

Arhelbertus tyrannus Sicko- nis strata- gemate op- primitur.

ta castella, partim vi partim dolo cepit, tyrannorumque insaniam diu impune debachantem ex parte maxima refrenauit. Monasterijs sane eorum violentia p̄ne exhaustis, prout potuit misericorditer succurrit, quibusdam non habitando, quibusdam ablata restituendo.

Archiepiscopus Hierosolymam proficiscitur.

Esaia c. 11.
E Simeon Treueris inclusus.

Poppo Danorum Apostolus hic errore vulgato confunditur cum Treuerensi.

Hic audiens Prophetam de Christo dicentem, *Et erit sepulchrum eius gloriosum*, Orationis causa Hierosolymam iuit, & monachum quendam in Ecclesia beati Maximini sub Abbate Richardo peregrinum, & aduenam nomine Simeonem comitem viae assumpsit. Reuersus autem Episcopus eundem monachum in turri, quae antea Porta Nigra appellabatur, in festiuitate S. Andree inclusit; vbi postmodum gloriose mortuus, & sepultus, multimoda signorum frequentia, in magna fidelium veneratione est habitus. Hic rogatus à quodam Danorum comite Ottone Daniam venit; gentemque Danorum adhuc idolis seruientem, ad Christum conuertit. Vbi, incredulis repugnantibus, chirothecam ferream iussit fieri, eamque igniri, qua manu sua vestita, nec laesa, lineoque panno cera infuso, ad carnem indutus, fornacem candentem intrauit; indeque panno combusto illaesus exiens, Christum Dei filium verum esse Deum, hoc indicio declarauit. Hoc vsque hodie apud Danos celebri fama vulgatur; à quibus Magnus Anseharius vocatur, quo nomine eius memoria ab eis V. Idus Septemb. celebratur; sepulchrumque eius crebrò à Danis frequentatur.

XLII.
* MXPII.
* al Liengo Conuentus principum an Laerge Bremenfis dia: est & colligat ex Adamo.

Anno * praedicto, factus est celebris conuentus principum, in loco, qui dicitur * Laerge, praesente Imperatore Henrico, cum Archiepiscopis Erchanbaldo Magontinense, Poppone Treuirensi, Gerone Magerheburgense, Vnwano Bremense; Episcopis quoque, Arnoldo Haluerstadiense, Eppone Bauenbergense, Theodorico Mentense, Henrico Wirceburgense, Thiederico Mimigardordenense, Heinrico Parmense, Theodorico Mindense, Herico Huelbergense, Meinwercio Patherbruensense. Laicis etiam Bernardo duce, Sigifrido atque Ericone comitibus, eum alijs multis nobilibus, ad honorem & dignitatem Imperij plura necessaria disponentibus: Ibi Imperator à Domino Meinwercio Episcopo foundationem noui monasterij singularis quaedam * modo eius studij audiens, & deuotioni eius congaudens, gratiarum actiones ei retulit, & praedium quoddam situm in pago Hesse Saxonico, in comitatu Hermani comitis in villa Nedere * nominata, eum mancipijs vtriusque sexus, & omnibus, quae vllomodo inde puenire possent vtensilibus, quod quidam Redialdus nomine ad manus imperiales legaliter & capitulariter hereditauerat, fratribus, in eodem monasterio Christo * seruientibus, sexto Idus

Meinwercio pradio donatur.
* prope Wartberg
* & seruiant.

Iulij

Julij contulit. Sequenti die ibidem ab hæredibus Ekkihardi comitis de Abbacia Helmvvardeshufen querela habita, & diu multumq; inter principes ventilata, tandem regno est adiudicata. Et quia nec in facultatibus nec ministerialibus regno seruitio esse potuit, interuentu & consultu Episcoporum & Principum prædictorum, Episcopo Meinverco suisque successoribus à Patherbornensi sede, episcopallyter secundum regulam S. Benedicti regenda, & possidenda est collata.

Ipso quoq; anno Imperator rursus * Poloniam cum exercitu intravit; & Domini clementia, ea ac Bohemia Moraviaque subiecta, pro intuitu misericordiae ac pietatis conculcationem & destructionem Merseburgensis Ecclesiae miseratus, ob reuerentiam S. Laurentij, in ædificijs, in ministerialibus, in sæcularibus possessionibus, in Ecclesiasticis ornamentis, in pristinum gradum Pontificalis dignitatis eam restaurauit. Inter hæc, cum Episcopus tam regni necessitatibus, quam Ecclesiae commissæ vtilitatibus sollerter insisteret, fortuito Corbeiam transiit; & recordatus B. Stephani Protomartyris eo loci patroni, pro se, suisque omnibus, in memoriam eius, hostiam sacram Domino Deo immolare, eo diuertit. Eadem autem Ecclesia in ripa fluij Wisera sita, à Ludouico filio Caroli Imperatoris Magni constructa; à beato vero Badurado Patherborn. Episcopo, est dedicata, temporum incrementis tam religionis quam temporalis possessionis proficiens, & succrescens augmento, Sed, cum deliciae rigorem exsoluissent disciplinae, Meinvercus Episcopus factus, ad eam uenerat, vt secundum canonicam auctoritatem corrigeret, quod irregulare inibi aduerterat. Sed expulsus cum grandi sua, suorumque iniuria, regem Henricum adiit, & vt Abbate * Wall nomine deposito alius nomine Drutmaris, per quem religio claustralis reformaretur, succederet, obtinuit. Quod vt religiosus eum commendabilem, ita irreligiosus reddidit eum odibilem: adeo, vt, durante odij & inuidiae liuore, eiusdem Ecclesiae custos nomine Boso, præparato altari, stomachando accurrens, præparaturam deijceret, & secundum auctoritatem eiusdem loci & libertatem, diuina celebrari in sua permissione interdiceret. Quod Episcopus audiens, conuentum intrauit; & habito ad fratres verbo, de Prælatorum reuerentia & de subiectorum inobedientia, ad satisfactionem & iniuriam facientem, & consentientes vocare humiliter curauit; dicens, & debere & decere eos honorem deferre sedi, in cuius cõsisteret dicecisi; cuius Præfules, etsi non cautè interdum incederent, eorum enormitas deuitanda, peruicacia esset arguenda, Nō. a. potestas cathedræ,

Abbatia
Helmvvardeshufen
imperiali
subiecta
Ecclesia
Patherborn.
Sulgo
Helmerf-
buser.

XLI III.

* Polonia.

Henrici

Imp. expedicio in Polon. & Bohemiam.

Merseburgensis Ecclesia in-

structione.

Corbeia

noua, Abbatia dic-

tae Patherborn.

Meinvercus inde exclusus.

* Wall.

Valonem

Abbatem

deponit.

quæ non sacris locis propter personas, sed propter sacra loca personis conceditur, constaret evertenda. Qui cum ad eum audiendum segniores haberentur, pulpitum adscendit, & pauca pro re & tempore ad populum locutus, omnibus, quæ facta fuerant, innouit, cumque, qui iniuriam irrogauerat ad satisfactionem publicè coram omnibus vocauit. Qui, cum tertio vocatus, non venisset, non vindictæ voto, sed Prophetiæ præconio ei præcepit, vt quocunque die ipse de corpore exiret, ille secum ad tribunal Christi, sibi responsurus de illata iniuria, migraret. O sancta anima, O pura conscientia, quæ adhuc carnis amicta velamine, animas ligabat coram diuino examine: Episcopo autem taliter discedente, Abbas eum fratribus eum in ciuitatem Pather profecutus, plenariam reconciliationem obtinuit, sed pro eo, quod contumeliam fecerat sæpè, & multum rogatus, Decretum Dei non posse immutari, perhibuit.

*Bosonem
contumacè
ad Christi
tribunal
ciuitat:
Reconciliat
se. Abbati
et Monachis.*

XLIV.

*Meinver
ei studium
in acond
mia:*

*Licorum
homines
obnoxij,*

** Beresh
sum:
In reru
ffica et sa
miliars:*

*Nihem
gradium*

*Historum
curat:*

Quia ergo constantiam eius, quâ, in iustitiâ sua, vt leo confusus est, audiuius; humilitatis pietatisque eius insignia, breuiter audiamus. Curtes dominicales Episcopi, sui circumiens frequenter collapsa reparabat, reparata sui munimine firmabat solerter, sicut in acquirendis utilis, sic in conseruandis fidelis. Ducem antiquæ seruitutis Lutorû * iustitiâ, per nouam paternæ pietatis releuauit gratiam, constituens à villicis adminiculari in cibi potusque necessarijs, quod antea non fiebat, tempore messis. Quodam autem tempore, ad curtem suam Berchusur venit, & experiri volens fidelitatem & dilectionem famulorum erga villicum, præcepit comitibus viâ suâ, vt super frumentum, quod in domo tribulabatur, equos propellerent, dicens seruos si fideles essent, eos repellere, si non, quasi defectum villici congratulantes, eos sinere. Seruis autem quasi ad obsequium Episcopi discurrentibus, equi frumentum tribulandum consumere & conculcare cæperunt. Vnde serui infidelitatis & incuriositatis vitio multum incusati, iussu eius grauissimè virgis sunt flagellati: quos postmodum ciborum copijs abundantissimè reficiens, de seruanda villico fidelitate paternè admonuit. Veniensque sequenti anno, & exclusus ab introitu, gratias quasi de contempu suo egit, & intrans occultè per superius ostiû, matrem familias, quod operarij modica farinæ sorbitiuncula alerentur, submurmurare audiuit; & vt seruitoribus eiusdem curiæ, duæ pernæ annuatim darentur, exceptis his, quæ à villico dabantur, misericordia paternæ pietatis, constituit. Nihem quoque veniens, hortum vrticâ & erucâ alijsque herbis opertum noxijs inuenit, excepto modico spatio in medio. Et mox, vxorem villici ambitiosius suis vestibibus spoliari præcipiens, donec germen noxium, quod

quod in altum excreuerat, terræ coæquaretur, per totum hortum eam extrahi, mandauit: quam tristem consuetis blanditijs consolans, solita liberalitate exhilarauit. Sequentique anno omni diligentia & abundantia totum hortum excultum inueniens maiori gratiarum actione & munerum largitione eam remunerauit.

Ad aliam curtem quandam veniens, matrem familias, cur pullis & gallinis careret, culpauit; & penuriam pastus eâ conquerente, mandauit ei, vt fieri faceret, quod ad pastum pullorum de loco ad locum per curiam moueri per temporum interualla prouideret. Quo facto veniente iterum ad eadem curtem Episcopo, abundantibus pullis qui creuerant de pastu minorum vermiculorum, gratias egit; & de cætero deuotioem eam obsecrans fieri, laboris eius studium donis & bonis suis recompensauit.

Quodam tempore in aduentu Domini quando porcos dare solent villici, stans in lobio domus Episcopalis, mulierem quandam cum filio suo vnico porcum sequentem & amarissime vidit fientem; & mox accersit eâ causas tanti fletus studiosè ab ea inquisiuit. Illa autem viro suo mortuo se humano adiutorio destitutam conquerente, & porcum illum de pane, quem filius suus mendicando petiisset, violentia villici de Enehuis, quo pertinebat, pauisse, asserente, Episcopus grauiter ingemuit, & pectus proprijs manibus tundens

lacrymis ita faturo hortis

Væ tibi, miserrime Meinverce Episcope. Quomodo infelices homines questus sui gratia animam tuam demergunt ad Tartara? Sciens ergo scriptum. Domino fœneratur, qui pauperi miseretur; vocato villico, mansum viduæ ei resignauit; & ab eius magisterio cum filio suo eam absoluens, de sua eleemosyna eos sustentari omni vitæ suæ tempore mandauit.

Facta in diebus eius fame valida, missis nuncijs frumentum comparari fecit in Colonia, & duas naues onustas ad inferiorè terram deferri, & dispensatione villicorum super Velue & in Testerbant, taliter mandauit erogari, vt vna pars proprijs, alia familiæ indigentis, secundum numerum domesticorum distribueretur: tertia ad prouentum seminis, quarta mendicis erogaretur. Quod Episcopi mandatum villicus super Velue deuotè peragere studuit. Ille verò in Testerbant, partem pauperibus ordinam fraudare perniciosè, non timuit. Quod Episcopus audiens, non fraudato sed fraudanti vehementer condoluit; & quia nemo successorum suorum honorem prædecessorum post quartam generationem habiturus esset, prædixit:

XLV. Quodam tempore officinas monasterij sui noui, more solito circumiens, fratribus ad capitulum confidētibus, coquinam intrauit, & seruis foruitò vacantem inueniens, inuento frusto panis, in ollas igni appositas trussit, nullius autem pinguedinis vel admixtionis speciem præter aquam & cibum animaduertens simplicem, tempore loquendi, Conuentum intrauit, & causatus filiorum suorum, & fratrum aridum cibum, quem in coquina vidisset & tecisset, retulit: Abbate autem, ob virtutum custodiam, seruandam asserente parcimoniam: respondit venerabilis Episcopus, vt si ipse religiosus esset, vel videri vellet, circa vitam propriam seuerus, erga subditorum benignus existeret, Euangelicis & Apostolicis documentis propositis, quomodo laborans agricola mercede operis sui dignus esset. Et, data autoritate, quomodo Dñs Ecclesiæ clauēs beato Petro Apostolo tradiderit, & Ecclesia tantam habens potestatem, generali synodo, Monachis, quoniam olei copiã non haberent, nõ carniū quadrupedũ esum, sed carnibus cognatũ adipẽ indulserit, aduocatis villicis, porcos dari mandauit, de quorũ sagimine & pinguedine, cibum fratrum parari mandauit. Ecce, quoniã *diligentibus Deum omnia in bonũ cooperantur, & regnum Domini & iustitiã eius rigore claustralis disciplinæ in capitulo quærentibus, vitæ exterioris necessaria adiiciuntur* Laudabilis sanè pii pastoris erga oues creditas tam benignus affectus, imitabilis quoq; diligentibus Deum in religione, & executione claustralis disciplinæ profectus.

XLVI. Probare autem volens Episcopus dispositionis suæ obseruantia, quadam die indutus cappa laicali, coquinam iterum fratrum intrauit, & quasi aduena ignotus, de scitu, habitu monasticæ conuersationis, claustralis religionis, quotidianæ refectiois, curiosè quærans; beatam vitam, quantum ad Deum, inibi duci; miseram verò, quantum ad corporis indigentia vsum, agi, à coquo audiuit. Vnde festinus ad cubiculum rediens, Abbatem aduocari velociter mandauit, & de segni dispositionum suarum executione eum arguit, incusans; nouem pernas optimas secum ad claustrum deferri mandauit.

XLVII. Succensus autem igne diuini amoris, nihil subterfugit terreni laboris, quin pro subiectorum salute Ecclesiæq; suæ utilitate insistet omnibus modis & horis, affectans denique in aginem cælestium spreuit speciem terrestrium; nec pro Christo humiliari, nec pro ipso erubescens iniuriari. Minor namque in oculis suis factus, subiectorum fidelitatem & dilectionem singulorum, spem & deuotionem in Deum experiri voluit per se: assumensq; cuiusdam mercatoris habitum, cum mercibus circuibat sedulus explorator Episcopatus.

*Agonasterij
culinam
uisens Mo-
nachorum
cibos ex-
plorat.*

*Tractatio-
nem hone-
stam com-
mondæ.*

*Sagimen
ob olei de-
fectum in-
dult. Mo-
nachis.
Rom 8.
Matth. 6.*

*Memor-
cia distinu-
lanterin-
quirit in
sui Mona-
sterij disci-
plinam
Consult
inopia vi-
dus,*

*Diocesi-
suam ex-
plorat
sumpta
Mercatoris
persona.*

patus. Quia verò iuxta Saluatoris sententiam, *nihil opertum quod non reuelatur*, eito hoc quibusdam propalatur. De quibus villicus de Balhorn vxori suæ hoc innotuit, & quid in aduentu Episcopi diceret vel ageret, docuit. Episcopus autem vbicunq; veniens, & diuersa à diuersis accipiens Balhorn quoq; venit, & matrem familias suppliciter salutans, ei de mercibus suis quæq; concupiscibilia cõparanda obtulit. Quæ, quasi vehementer inflammata aduersus eum, ilicò aduocauit virum, & seductorem quendam aduenisse, sibi que cum mercibus suis proclamat instituisse, vt cum rebus creditis infidelitate sua exhibita domino, cum temporali dispendio, animæ subiacerent periculo.

*Luc. 11.
Detegunt
a Filium.*

Recordatus autem Episcopus voti sui, quod Romæ sancto voverat Alexi, monasterium cum congregatione in honore eius, in loco, qui Sulithe dicitur, ædificare disposuit; sed timens humanæ mutabilitatis incertitudinem, interim ei perspicui operis cappellam in introitu vrbs, iuxta nouum monasterium construi fecit; eamque decimo tertio Calendas Februarij consecrans prouisioni eiusdem Monasterij deputauit, & in commemoratione beati Alexis, tali iure misericordiæ dotauit & insigniuit, vt quicumque forensi lege conuictus, & sententia damnationis addictus, cappellam contigisset, addictæ pænæ obnoxius non esset. Iuxta principale quoque monasterium, cappellam quandam cappellæ exstructæ in honore S. Mariæ perpetuæ virginis Geroldo Caroli Magni Imperatoris consanguineo & signifero contiguam, per Græcos operarios construxit, eamque in honore S. Bartholomæi Apostoli dedicauit. In plerisque parochijs misericorditer subuenit populis in difficultate longissimi Ecclesiarum itineris, siue parochijs nouis in diuisione aliarum factis, siue cappellis in ijs constructis. Inter quos populo de Sudburghnon ad Parochiam forensis Ecclesiæ in Patherbornensi ciuitate pertinenti, Ecclesiam construere concessit, eamque super terram pertinentem ad curiam ab eo Monasterio suo nouo attributam, & fundatam, Banno Episcopali ad ius maioris Ecclesiæ conseruato, eidem Monasterio proprietario iure possidendam eam delegauit; vbi postmodum à beatæ memoriæ V Volfgango, Ecclesia lapidea constructa, quam Episcopus Rotho successor Meinverci Episcopi, anno Dominicæ Incarnationis Millesimo quadragesimo tertio, decimo septimo Calendas Nouembris in honore S. Galli confessoris Christi dedicauit.

XLVIII.

*Sulithe.
S. Alexio
votiuam
adem ex-
firmit.*

*Immuni-
tate eam
donat &
asylu iure.*

*Cappellam
erigit, di-
catque S.
Bartholo-
mæo.*

*Parochias
commode
distribuit.
Sudburgh-
non vel
Sudburg-
non.*

*Rotho suc-
cessor Mein-
verci
dedicat Ec-
clesiam S.
Galli.*

XLIX.

*Mein & Ger-
oldo Heruor-
dia basilicam
dedicauit.*

In Heruordia Basilicam S. Mariæ, quæ vocatur ad Crucem, dedicauit; quam ipsa vnica spes mortalium ad singulare inibi miserorum refugium sibi construi mandauit. Siquidem Ecclesia Heruor

uor

*Heruor-
densis &
Corbeiensis
Ecclesia
wastata ab
Vngaris.* uordensis, sicut Ecclesia Corbeiensis, in Episcopatu Patherbrun-
nensi sita, à Ludovvico filio Caroli Magni constructa, & à beato Ba-
durado Patherbornensi Episcopo dedicata, quæ omni pristini ho-
noris & decoris ornatu tam Vngariorum deuastatione quam fra-
tris Bernardi ducis Saxonix Thietmari inuasionem spoliata, prope-
modum fuerat destituta.

*Heruor-
densis Ba-
silica. B.
virginis fa-
uore reno-
uatio & o-
vigo.
* magnifi-
centiam.* L. Cuidam iraque fame & nuditate afflicto pauperi, in die natalis
sanctorum Martyrum Geruasij & Protasij ad præfatum Heruor-
dense Monasterium propter auditam inibi Sanctimonialium * mu-
nificentiam ire volenti, ipsa pijsissima virgo Maria facie ad faciem ap-
parens, Abbatissæ & sororibus eiusdem Monasterij nuntiare man-
dauit, vt mutata pristina vita, tantum spirituali insisterent exerci-
tio, quantum temporali instabant ædificio, dicens se per hoc ædem
suam reuisuram, & inuocantes se perpetua tuitione custodituram,
adiiciens se locum in quo ei apparuit ad sui nominis venerationem,
& Christianorum prælegisse intercessionem; vt, si quis eam ibi fi-
deliter quæserit, inueniat, & quod iustè petierit se adeptum gau-
deat. Paupere autem tantam visionem indicare trepidante, & ad
sux legationis veritatem confirmandam signum aliquod supplici-
ter expetente; hoc erit tibi signum ait, Virgo pijsissima, quod nullius
illatæ pænæ, ne cicatricis quidem vllius te contingat aliqua mole-
stia. Quo ad maius veritatis indicium, aliud adhuc expetente si-
gnum; præcide, ait Dei genitrix, baculum, & faciens inde crucis si-
gnaculum, pone, vbi meorum statum cognoueris esse pedum, & si
non credunt verbo signi prioris, credant ostensioni sequentis. qui
quocunque tempore ad locum hunc venient, & me super eandem
quam facturus es crucem, in columbæ specie sedentem videbunt.
*B. Virgo
suum ad
dicit patro-
cinium.* Ab Abbatissa ergo nomine Godesti, cum sororibus hoc nuntio ac-
cepto, Episcopus Meinvercus cum vicinis proximorum Mona-
steriorum clericis accersitur; consultu omnium ieiunijs & oratio-
nibus à Deo res inquiritur. nuncius indicio aquæ ferrique igniti ex-
aminatus, securus declaratur: columba in loco ostenso inquisita, su-
per crucem sedere inuenitur, & maxima omnium deuotione, & ve-
neratione Basilica fabricatur & dedicatur; & nomen ad crucem
sortitur.

*Basilica
hinc dicta
ad Crucem.*

*Meinver-
cus muro
tingit Pa-
therbrun-
aliæque o-
pera molit-
ur vel in-
staurat
* distrahe-
re.*

LII. Murum quoque in circuitu vrbis in ciuitate Patherbornensi cõ-
struxit. Domum Episcopalem à fundamentis erexit; & non solum
ipsius ciuitatis mœnia restaurare, & innouare curauit, sed & quic-
quid in alijs suæ prouisionis locis dirutum vel veteratum inuenit,
* destruere, renouare, meliorare festinavit.

Studiorum multiplicia sub eo floruerunt exercitia. Et bonæ in-
dolus

dolis iuvenes, & pueri strenuè instituebantur, norma regulari proficientes haud segniter, in claustrali disciplina. omniumque litterarum doctrina claruit hic sub ipsius Sororio Imado Episcopo; sub quo in Patherbornensi Ecclesia, publica floruerunt studia: quando ibi Musici fuerunt, & Dialectici enituerunt, Rhetorici clarique Grammatici; quando Magistri artium exercebant triuium, quibus omne studium erat circa quadriuium. Vbi Mathematici claruerunt, & Astronomici habebantur; Physici atque Geometrici. Viguit Horatius magnusque Virgilius, Crispus & Sallustius, & Urbanus Statius. Ludusque fuit, omnibus insudare versibus & dictaminibus, iucundisque cantibus. Quorum in scriptura & pictura iugis instantia, claret multipliciter hodierna experientia, dum studium nobilium clericorum vsu perpenditur vtilium librorum. Præfatus quoque Imadus Episcopus tempore suæ pueritiæ tanto disciplinæ claustralis rigore ibidem est nutritus, vt, nunquam patrem suum videre extra conuentum specialiter, vel ei colloqui fuerit permissum, dicente Episcopo; pueros & adolescentes cum distractione debere erudiri; & non nociuis blandimentis deliniri; quoniam audaciæ & ferociæ nutrimenta eis ministrarent blandimenta. Adolescebant quoque secum tyrones militiæ cælestis, Anno Archiepiscopus Coloniensis, Fridericus Monasteriensis, & per plures alij strenui post modum in vinea Domini operarij.

Thesaurum Ecclesiasticum, & ornatum, sub prædecessore suo, ignis depopulatione conflagratum, multipliciter innouauit; & inter alia magnificentiæ suæ dona spectabilia, tabula preciosissimi auri & tribus calicibus æquè auri examinati & optimi, Gozophylacium Ecclesiæ tam decenter quam vtiliter ampliauit & decorauit. Corona spectabilis magnitudinis & magnifici operis faciem templi ornauit; exteriorique ornatu & tanto, talique Ecclesiasticæ dignitatis & vtilitatis apparatu, interioris hominis habitum Dei & proximi dilectione condecoratum, mirificè declarauit, quem in sanctorum plurimorum deuota veneratione amplius illustrans,

Diem sancti Bonifacij & sociorum eius, celebrari per totum Episcopatum Patherbronnens. annua obseruantia instituit. Festiua celebritate natalem sanctorum septem fratrum venerari disposuit. Sanctum Alexin magna deuotione coluit. S. Longinum Martyrem, qui lancea latus Saluatoris in cruce pendens aperuit, cum alijs plurimis, quos longum est singulariter profsequi, in mira veneratione habuit.

Largissimarum eleemosynarum eius, quas in domo regia, omni suæ tempore quotidiana deuotione exhibuit, eadem domus

vitiæ

T r r

L V.

*Mein & Vepo
ci liber
testis
litas.*

*Litterarum studia
& schola
Pather.
bronnenses.
Imadus E-
piscopus ex
sorore
Mein & Vepo
ci xii. Pa-
therborn.
successor
Rotonis.*

*Scriptura &
pictura cle-
ri veteris.
Imadi Epi-
scopi edu-
catio & vi-
gor disci-
plina.*

*Anno Co-
lon Archie-
piscopus.
Fridericus
Monaste-
riensis.*

L I I I.

*Theaurum
& ornatum
Ecclesia à
Mein & Vepo
co vtilitatem.*

L I V.

*Festa ab eo
instituta S.
Bonifacij
v. Fratri-
trum
S. Alexii.
S. Longini
15. Martij.*

testis extitit, quæ anno Dominicæ Incarnationis MLVIII, omnî ciuitate Patherbronnensi cœlesti iudicio, incendio depopulata, sola superstes, cum vna domo forensi, fuit. Quam humilis, liberalis, & munificus, quantum cum his, qui oderant pacem, fuerit pacificus, ex alijs eius operibus perpendatur; ne huius rei vera relatio, plus fauorem intendisse, quam virtutes eius commendasse videatur. Canonicoꝝ inopiæ vsq; ad tempora sua albo pane in quotidiana præbenda carentium, de Bannis parochiarum, quos successor eius Rotho nomine præposituræ eiusdem causæ negotij attribuit, subuenire disposuit; sed, cum nulla re apud eos elaborare potuisset, vt beneficia Ecclesiastica æqualiter inter eos diuiderentur, huic intentioni superfedidit. Vnde virtus in eo non inueniens, quod argueret, inuidia comes alienæ felicitatis, habuit, quod reprehenderet: quæ virtutes morum non surdignitate, sed verborum vrbantate pensitâs, occasione ex negligentia Missæ, vt dictum est, accepta, Idiotam cū vocauit: & duplicitas fauorabilis arrogantia irridēs simplicitatem, eius benevolentia, qua pro temporum qualitate infirmis condescendit, *Lactevigans paruos, Pane cibans solidos*, loculatorem appellauit. Contra quæ superfluum est verborum exaggeratione plura augmentari in beati viri commendationem, cum eius scientia operû efficacia claruerit, & benevolentia multis via salutis fuerit. Quod cum luce clarius ex relatis possit videri, amplius ex referendis onerosum non sit intueri. Pendens itaq; vir totus in virtutem, semper ad meliora, inuigilauit Ecclesiæ commissæ profectibus omni cura, sperans se pro compassione proximi, peruenturum ad dilectionem Dei.

Canonici beneficia sua æqualiter diuiderent noluerunt.

Meinvercus ab amicis auditus Idiotam & loculator.

LVI. Episcopatus ergo eius anno nono, Dominicæ Incarnationis millesimo decimo octauo, Berrnvardus Hildeneshemensis Episcopus, tempore quadragesimali Synodum in Goslaria habuit; in qua, præfidente Imperatore cum Episcopis, ceterisq; regni primoribus, Godeschalcum Ekgihardi comitis filium, & Gertrudem filiam comitis Ekgihardi separauit. Proximo itaq; octauo Idus Aprilis solemnij sacrosanctæ Dominicæ Resurrectionis Episcopus Meinvercus Pather celebratis, ad Imperatorem Nouiomagum porrexit; & in Dominica, qua tunc Albæ deponerantur, videlicet Idibus Aprilis, interuentu Cunigundæ Imperatricis, & Archiepiscoporum Popponis Treuirensis, Erchanbaldi Moguntinensis, Episcoporum quoq; Euerhardi Bauenbergensis, Atelbaldi Traiectensis. Itē Popponis Abbatis * Stabulensis, Godefridi, Bernardi ducum, Becelini comitis, prædium Siburghusen in comitatu Vdonis comitis, in pago Hemmerfelde situm, obtinuit.

** deest exemplar. Siburghusen prædium.*

Anno proximo, Imperator cum exercitu contra Bernardum Ducem Saxoniae, ad Castellum Schalksburg * perrexit; ibique mediante Domino Meinverco Episcopo, cum amicis suis in pace omnia constituit.

Septimo decimo autem Calend. April. Imperator Goslarium veniens, interuentu ac petitione Cunigundae Imperatricis, & Episcoporum Adelbaldi Traiectensis, Meinverci Hatherbronnensis, Euerhardi Bauenbergensis, & Godefridi Ducis, Abbatiam Leisbornensem sitam in pago Triene in comitatu Hermannii Comitis, Thiederico Mimigardfordensis Episcopo Ecclesiae, suisque successoribus tali modo contulit, vt ipsius Ecclesiae Episcopi praedicto loco imperiali autoritate exinde seruitium Dei ordinandi penes diuinum amorem atque timorem, liberam facultatem haberent. Et de Aduocatis in praedicto loco secundum voluntatem eorum aduocatum in ipsorum militia, iuxta quod illis melius visum fuerit, ad vtilitatem ipsius Leisbornensis Ecclesiae agerent & ordinarent.

Eodem loco, & anno proximo decima tertia Kalend. Aprilis, Sabbato ante Palmas, interuentu Cunigundis Imperatricis, Episcoporum Vnrvani, Arnoldi, Thietherici, Hildevardi & Erici: optimatumque regni, Bernardi Ducis, Sigefridi, Hermannii, Eckghardi Comitum, consilij ventilatione, Abbatiam Scheldice, sitam in pago Wessago in comitatu Friderici Comitis, Episcopo Meinverco dedit.

In proximo Pascha, Dominus Apostolicus Benedictus ab Imperatore & vniuersis Principibus Bauenbergae gloriosissime susceptus, secundum sponsonem suam, ipsius Ecclesiae nouellam plantationem visitauit, & octauo Cal. * Maij, Basilicam in honore S. Stephani Protomartyris, consecrans, preciosissimis reliquijs, quae ibi conseruantur, adornauit. Vbi inter missarum solemnias, ad operatione quadraginta * Episcoporum, & vnanimi consensu principum Episcopatum ab omni saeculari potestate liberum esse, constituit; & cuncta, quae Pontificali dignitati & vtilitati congruebant, praesentiae suae autoritate & privilegij sui attestacione, ac Banni sui firmitate, roborauit. Episcopus ergo Meinvercus gaudij sui in Domino de Ecclesiae commissae promotione Apostolicum participem facere cupiens, quanta bona Imperator ei contulisset, innotuit; & vt eius interuentu, ampliora percipere mereretur, suppliciter expetijt. Cui annuens Apostolicus paternae pietatis deuotione, fuit ei apud Imperatorem precum suarum obtentu non minime adminiculo; vt postmodum magnarum rerum approbauit larga exhibitio.

LVII.

* 1019.
Bernardus
Gel Beuno
Saxonis

Dux rebaldus
apud Schalksburg
compositus.
*Schalksburg.

LVIII.

* Leisburg.
Abbatia
Leisbornensis
Thiederico Monasteriensis
Episcopo
traditur.

LIX.

Schildice
Gel Abbatia
Scheldice
co data
Meinverco.

LX.

Aduentus
Benedicti
Papae in
Germania
Bauenbergam.
Anno p.
Vita S. Herm
rici c. 23.
* Idus.
* LXXII.

Meinvercus
intercessit
Bambergen
si dedicationi.

LXI. Post hæc, quarta Calend. Iulij ipsius anni, Heimeradus sanctus presbyter in mōte * Heifungo, in quo beneplacitum fuit altissimo, habitauit; cum ad hristum migravit; & ipse Episcopus Meinvercus, morte eius audita, animam eius Missarum elemosynarumque celebri commemoratione Deo commendauit.

LXII. Sequenti * anno, post Natalem Domini, Imperator, commoto exercitu comitem quendam Ottonem sæculi dignitate non minimū præpollētem, in castro, quod dicitur Hammerstein, situm supra Rheni littus, obsedit: quoniam idem comes Episcopatum Moguntinum multa infestatione sæpius peruagans, ferro & igne deuastauit; odio magno contra eiusdem ciuitatis Præsulem vehementer inflammatus, quoniam ab illo propter illicitum connubium, in iudicio Concilij generalis fuerat anathematizatus. Cum ergo querimonia eiusdem præsulis Imperator excitatus, in prædicto castro illum obsideret: venerabili Heriberto Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo, demandauit, ut ipse in auxilium sibi, cum suis festinus veniret. At ille immensis febribus tunc fatigatus, quod imperabatur implere non valuit; & propter hoc commotus Imperator, exosa eum imperij sui tempora habere credidit: antiqua nempe suspicione scandalizatus, quoniam, ut prædictum est, in humando prædecessoris eius corpore deditus, electioni eius non interfuit. Inuidis ergo, qui nunquam deerunt, si sint quibus persuadeatur, occasionem Sancto derogandi nactis, plus iusto tribuens, & responso eius accepto, cum magno furore, si inquit ipse, ad me dedignatur venire, ego illum, quia ægrotat habeo visitare. Atque cum hac iracundia mox ubi hostem expugnauit, Coloniā properauit, imminentibus nimiumque se ingerentibus inuidis, qui satis ardentem furoris eius ignem magis ac magis perflabant linguis maleuolis, detrahentes innocenti viro Dei. Ipsa autem nocte, qua Imperator, Coloniā ingressus, officiosissimè à viro Dei fuerat susceptus, cum se sopori dedisset, videt in somnis quendam quasi venerabilem virum Pontificali veste ornatum, sic se alloquentem. Caue, inquit, ô Imperator, ne posthac pecces in conseruum meum Heribertum: scito illum virum Deo esse acceptum, in quem si quid admiseris, tu sine dubio portabis iudicium. Nimirum gratia Dei misericordis taliter præmonendo Imperatorem, ignorantia eius pepercit, quia videlicet in eo quod eiusmodi virum suspectum habebat, non malitia, sed ignorantia peccabat. Siquidem eiusdem Imperatoris animam timor Domini possidebat; neque scienter disponere aut iudicare quicquam cupiebat, per quod cælestis offenderetur Maiestas. Denique cum aliquid

de re-

S Heimeradus transfretus.
* Hasungo.
gen.

* 1020.
Ex Ruperto
Tuitiensi
scriptore
vita S Heriberti c.
26 hæc omnia delibata.
Henricus
Imp inuidorum calamitas S.
Heriberto sic in sen-
sua.

Imperator per visum monetur ne peccet in Archiepiscopo.

Henricus

de regni negotijs disponere aut iudicare intenderet, dispositiones circumsp-
ctā & Deo
nis a gu-
bernatio. omnes siue iudicia sua, precibus & elemosynis praeueniebat; quan-
tenus mens eius & actus cœlesti regimine gubernarentur, ne quan-
do exorbitaret agendo, vel iudicando, quod diuinis legibus con-
traheret.

Mane ergo factō cum Imperator mente mutatus, virum Dei LXIII.
Cap 27. Vi-
ra S. Here-
berti. ad se vocasset, & id quod cœlitus euenerat, quod superno respectu
Rex compunctus fuerat, vir sanctus adhuc ignoraret, ac proinde
lachrymosis oculis apud illum querelam depromeret, causas re-
quirens, propter quas sibi tam diu infestus existeret; repente Impe-
rator exsurrexit, & virum Dei amplexatus in oscula illius ruit. Ille
admirans hæc pariter consolationis ab eodem dicta accepit. Ex
quo ad Regni fastigium, Deo donante conscendi, detrahentium
linguis nimium credulus, fateor, venerande pater, te exosum ha-
bui; & hanc odij trabem in oculo gestans, & ideo nihil videns, ini-
quum de te iudicium habui, tuamque iustitiam, immò Dei grati-
am in te fulgentem, videre non merui. Henrici
submissio
in erratis
agnitione. Porro, te tacente, cœlum
clamat super te, tuamque causam defendit apud me; nam ipse, qui
de Sanctis suis curam habet, & semper habuit, sicut scriptum est,
Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges: Psal 104. no-
lite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari,
ipse me pro te corripuit, vt sciam quod inter electos eius computa-
tus sis. Indulge ergò, precor te, quod in te malignatus sum, vel
quod te seruum Dei tangere deliberaui; quia peccatum meum co-
gnosco, nec amplius addam aduersari tuæ sanctitati. His dictis,
semel, iterum, & tertio sanctum Pontificem deoscularus est, tri-
plicem nimirum, necens dilectionis nodum, de quo Sapiens lo-
quitur. Eccles 4. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Nec moratus vi-
rum Dei iam amicus, amicum apud se residere fecit. Hæc viden-
tes aduersarij, in fugam versi sunt, cæteri verò fideles benedixe-
runt Dominum.

Nec contentus hac satisfactione religiosus Rex, adhuc de di- LXIV.
Vita S. He-
riberti,
cap. 28. uino iudicio erat sollicitus; & præterita reconciliatione non con-
tentus, nocte sequenti, finitis matutinorum solemnij, assumpto
vno ex Clericis, cubiculum Pontificis adiit, sed non ibi quiesce-
tem, verum in proximo S. Ioannis oratorio vigilantem, vt solebat, Henrici in-
firma ob-
testatio &
suum ab-
sectio. & orationibus insistentem reperit. Protinus abiecta chlamyde
solo stratus, ante pedes eius, in spiritu humilitatis, & in animo con-
trito se suscipi postulat, & ea potestate, quam sacerdotibus suis
Dominus contulit, veniam sibi dari cunctorum, quæ in eum com-
miserat. Nec moratus Omnipotentis Dei famulus, Imperato-

rem à terra prostratum subleuat. & secundum fidem regis, culpam veniam relaxat. Erat autem hoc seruo Domini initium sempiternæ consolationis; quippe qui de ista valle lachrymarum protinus ascensus erat ad gaudium diuinæ visionis: Etenim idem vir Domini reuelante sibi spiritu hoc prænosces, ait in illo secreto inter cætera ad eundem Imperatorem. Noueris certissimè, quia post discessum nostrum, quo nunc separandi sumus, nostras inuicem facies in hoc sæculo nequaquam videbimus. Eo magis Imperator corde compunctus, iterum in amplexus & oscula episcopi ruit; flens pariter & cuncta penè membra, manus & oculos, collum quoque fixis demulcens osculis. Hoc factò, clam ad cubiculum redijt, mortam reportans memoriam, prophetiæ beati viri, quam & postmodum transitu eius subsequente veram fuisse comperit, & ipse, vt audierat, ore proprio narrauit.

*8 Heriber-
ti de morte
sua rati-
onem.*

LXV. Venerabilis autem Episcopus Meinvercus de reconciliatione mutua dilectionis, quam inter eos reformare sæpè laborauerat, non modicè lætabatur; & vt peccata sua quæ in sanctum virum, licet ignoranter, commiserat, misericordiæ operibus plenariè coram Deo dilueret, Imperatorem hortabatur. Imperator ergò Christianissimus, eruditus omni scientia litteraturæ & pro se id expedire sibi intelligens, & consulenti libenter obaudiens, per interuentum ac indefessum seruitium ipsius Episcopi Meinverci pro redemptione animæ suæ, dilectæque coniugis suæ Cunigundæ Imperatricis, quandam regij iuris curtem * Triburi nominatam, in pago Saxonico Westfalia sitam, in Comitatu Hermanni Comitum, cum omnibus appenditijs, seruis & ancillis, liberis quoque cum tali seruitio & censu qualem regi persoluebant & agebant, & cæteris omnibus ad eundem locum pertinentibus, ad Abbatiam in Patherbrunno à prædicto Episcopo inchoatam & stabilitam ibidem in Colonia XII. Kal. Martij testamentaria autoritate dedit; & inde diuertens, Bauebergam, quadragesimam ibidem celebrauit. Sic Dei miseratione in Patherbronnensi canobio, crescente religione creuit & census, ipsius Ecclesiæ, formam dans posteris normæ rectissimæ, vt & pro cunctis animæ & corpori necessarijs patri caelesti, scienti, quid nobis necesse sit, deuotè seruiatur, ne dum religio parit diuitias, diuitiæ religionem destruant, & sic ambo pereant, discretè caueatur.

** Tribur.
regij iuris
curtis
Meinver-
co donatur.*

*Henricus
Imp. Bam-
bergam
adit.*

LXVI. Proximo ergò XVII. Kal. April. beatus Heribertus Colonienfis Archiepiscopus mortalem vitam in angelicam mutauit, & in locum eius Piliginus regius Capellanus subintrauit.

*S. Heriber-
ti obitus
1021 quidā
1030 sed à
Baronio re-
futatur.*

Eadem verò nocte, qua S. Heribertus post emeritam huius vi-
 tæ militiam, supernum donatium accepturus ad cælos migravit, Vita S. He-
 reberti
 cap. 34.
 Epponis
 Bauber-
 gensis Epi-
 scopi vi-
 sum, de S.
 Hereberro
 in BB. Epi-
 scoporum
 confessum
 recepto.
 Eppo vir memorabilis Bauebergensis Ecclesiæ Episcopus præcla-
 ris moribus, non contemnēdis florens virtutibus, huiusmodi visio-
 nem vidit. Ingrediebatur quasi quoddam magnum splendidumq;
 Capitolum; & ecce illic residebat innumerabilis concio persona-
 rum venerabilium, Episcoporum, Abbatū, regum atq; Imperatorū,
 cæterorumq; cuiuscunq; ordinis, virorum illustrium, secundum suū
 quiq; ordinem vestiti, & omnes pulchri & reuerendi, quasi ad agen-
 dum generale concilium congregati. Porro in medio confidenti-
 um, loco euidenti Sella posita videbatur Episcopalis, sessorem
 nondum habens; verum tamen ad hoc parata, vt in illa resideret ali-
 quis. Vt ergò tantæ amplitudinis locum, tamque venerandæ mul-
 titudinis conuentum introspicens vidit, admiratione pariter
 & timore compressus stetit; & nequaquam introire præsumpsit.
 Cum ergò ita staret stupefactus, ecce vnus de illo sancto senatu,
 tantoque quasi Patriciorum cætu surgens, & vsque ad eum pro-
 foribus stantem procedens, quem & ipse, vt sibi videbatur, da-
 dum nouerat, apprehensum manu introduxit; &, vt super se-
 dem vacantem resideret, annuit; ille veritus hoc facere recusa-
 uit; sciens eandem sellam viro reuerentiæ maioris & dignitatis
 amplioris positam. Nec mora, qui conuentus eiusdem prima-
 tum tenere videbatur, duobus ex eodem confessu venerabilib⁹ E-
 piscopis præcepto indixit, vt foras exeuntes eum, quem primum
 inuenirent stantem & paratum introducerent, & in sede illa me-
 dia, quoniam sessione eius præparata fuisset dignè collocarent.
 Fecerunt illi vt imperatum fuerat: & ecce quem introducebant
 dominus Heribertus Colonienſium Archiepiscopus erat, sacro
 redimitus ornatu, tanquam in die solemni ad celebranda missa-
 rum solemnia. Eum in illa sede medium sedere fecerunt. Verum ta-
 men vnum ornatui eius, scilicet baltheus deesse videbatur. Cum
 ergò vidissent illum Principes tanti confidentes, baltheumque illi
 deesse animaduertissent, quasi vehementi admiratione concitati,
 sciscitabantur, quisnam ille esset, qui tanti Pontificis ornatum di-
 minuere præsumpsisset; Ad hoc ipso tacete; præloetus est vnus de
 primoribus, dixitque; quod is esset Imperator Henricus. Hanc vi-
 sionem Episcopus Imperatori mane narrauit; ipseque Imperator
 non incredulus visioni recordatus verborum vltimæ colloctationis
 Episcopo respondit. Si baltheo caruit, me prædone, sanctus ille &
 venerandus vir, domino adiuuante, meque operam dante rapina
 hæc restituetur illi, Igitur Imperialem manum largius extendens,
Henricus
 imp. cum ab
 se ablatum
 prolixè ré-
 dixit elee-
 dona. mo. yvis.

dona Christi Ecclesijs, pauperibusque distribuit; sacrisque missarum solemnibus psalmis & orationibus transitum beati Præsulis celebrari edixit; cui ipse balthem sustulisset, id est, qui viuentem longe minus, quam decuerat, honorasset.

LXVIII.

Inter innumera, quæ pro animæ eius remedio liberaliter erogavit, interuentu Domini Benedicti Papæ patris sui spiritualis, Cunigundæ Imperatricis, Erchanbaldi Moguntini Archiepiscopi, Episcoporum quoque Euerhardi Babenbergensis, Engelberti Frisingensis quandam curtem dictam Hammonstede sitam in pago Rittega in Comitatu Vdonis Comitibus ibidem in Bauebergensi conuentu Sabbato Paschalis hebdomadæ IX. videlicet Kal. Maij. In Festo S. Georgii Martyris Episcopo Meinverco Imperator tribuit, ob iuge suum & indefessum seruitium: vt ipse nullius æmuli opprobriis subiaceret, quin plus omnibus seruiens, præmia honorisque plures acciperet; exemplisque sui emolumentum alios ad suum fidele seruitium Imperator prouocaret. Hanc curtem quidam Comes Godico * proprietario iure possidens, cum omnibus appenditiis ad eundem locum pertinentibus, cum consensu coniugis suæ Addilæ ac sororis suæ hæredis, iustissime ipsi Imperatori in proprium ea ratione tradiderat, vt prædictus locus in beneficij vsu, & insuper centum mansorum familiæ, quam diu viuerent, sibi concederentur. Quo facto, Imperator, diuino admonitus instinctu, assiduitateque seruitii venerabilis Meinverci Episcopi non multo post, prædictorum interuentu, pro remedio animæ suæ, cum chirographo ipsum prædium in proprietatem & dominium Patherbronnensis Ecclesiæ, vt dictum est, eo pacto dedit, vt si prædicta Domina Addila eum superuieret, & quisquam ei prædictum beneficium abstraheret, vel aliquid incommodi faceret, Episcopus beneficium, ex substantia Patherbronnensis Ecclesiæ restitueret, & si insuper id recusaret & renueret, illa Domina potestatiuè sua reciperet. Episcopus autem Meinvercus manu scriptum hoc de Hammonstede in præsentia Thiederici Mimi-gardeuordensis Episcopi, Luidolfi, Vdonis, Hiddonis, acta Comitum, & aliorum multorum legi fecit, omnemque inferendæ inquietudinis occasionem in futurum pastoralis vigilantia, solerter præmuniuit.

Hammonstede donum Henrici Meinverco datum.

** Godico. Hammonstede traditio eius origo.*

LXIX.

Henricum Meinverco comitatur in Cofunga

Post hoc Kalend. Iunii Episcopus cum Imperatore Cofunga venit, vbi interuentu Geronis Magetheburgensis Archiepiscopi Dodiconisque Comitibus, de Wartberge quandam Regiæ proprietatis forestam in comitatu eiusdem Comitibus Dodiconis sitam obtinuit. Hæc foresta initium sumit de Rothalmingahusen; re-ctoque

Atque tramite protenditur in Wisaram fluuium; sicque ascensum iuxta *Caf-*
 ducit in fluuium qui vocatur Fulda; inde verò seruat continuatim *sellas Hef-*
 sui ascensus tenorem iuxta eundem fluuium Fuldæ vsque in riuum, *fia*
 qui dicitur Crumelbecke, nec non ad oppidum, quod Holthufen, *Nemo*
 vocatur, viam tendit; simul graditur in Othilanbam & Rechinhe- *impetrat*
 rishufen atque ad * Rothiereshufen, mox pergit ad Kikillahufen, *ab Imp.*
 atque ad Beuerbeka; sicque protenditur in viam, quæ ducitur ad ** Rotal-*
 V Volfredeskificum; itemque in alteram viam, quæ extenditur ad *minghusen*
 Gunesburin & ad viam Monneshufen, sicque gyrando circuit *Rosertaus-*
 quandam viam, quæ peruenit vsque ad prædictum oppidum Ro- *sen.*
 thalmingahufen.

Ipso quoque anno Erchanbaldo venerabili Moguntinensis Ec- *LXX.*
 clesie Archiepiscopo episcopatus sui anno nono mortuo, Aribo *Erchan-*
 regius Capellanus successit; qui inspirante Dei gratia, inter alia sua *baldis Ma-*
 deuotionis & dilectionis grata Domino iudicia, super montem qui *gont. mori-*
 dicitur Hasungun, in honore sanctorum Apostolorum Petri & *tur. 1021.*
 Pauli, & in commemoratione beati Heimeradi supradicti Mona- *Aribo suc-*
 sterium construxit. *cessor Mo-*
nasterium
Hasungun
memoria S.
Heimeradi
construxit.

Comite quoque Dodicone de V Vartberge, eodem anno IIII. *LXXI.*
 Calen. Septemb. mortuo, Episcopus Imperatorem post Natale Do- *V Vartber-*
 mini Patherbrunne inuitauit, & Comitatum, quem idem Dodico *ge Comita-*
 comes dum vixit, tenuit, situm in locis Heffiga, Netga, Niterga XIII. *tum Meiu-*
 Kal. Martij ab eo impetrauit. Die quoque Kalendarum Martianum *uercin*
 proximarum, alium quendam Comitatum in Limmedeshufen, in- *acquiris.*
 teruentu Benedicti Papæ, Cunigundæ Imperatricis Augustæ, E- ** Amulga-*
 uerhardi Bauebergensis Ecclesie Episcopi, Piligrini eiusdem Ec- *phus Comes*
 clesie Præpositi, regique Cancellarij obtinuit, quem situm in locis *dum vixit*
 Sorathuel, Sunithuel, * Almunga, Treueresga, Burclau, Luidol- *tenuit;*
 phus Comes dum vixit tenuit; ea ratione, vt nec ipse Meinvercus *ea ratione,*
 Episcopus, nec aliquis successorum suorum, vllam potestatem ha- *vt nec ipse*
 beret alicui suo militi, vel extraneo eundem Comitatum in benefi- *Meinvercus*
 cium dandi, sed ministerialiter in ipsius Ecclesia, qui pro tempore *Episcopus,*
 fuerit, præsit prædicto Comitatu, ac de eius vtilitatibus prouideat, *nec aliquis*
 ad restaurationem constructionis ipsius Ecclesie, vt interim muri *suorum, vllam*
 releuentur, rectè reparentur, & quicquid opportunum fuerit ad *potestatem ha-*
 corporalem formam ipsius domus Domini, ibi intra administratur. *beret alicui*

Ingens terræ motus IIII. Idus Maij in partibus Baiotariæ eodem *LXXII*
 anno contrigit. Quidam verò propinquorum Dodiconis Comitit *Terramo-*
 Bern nomine, traditionem, quam idē Comes & frater eius Comes *tus anno*
 Sigebodo in bonis hæreditarijs, ad Patherbronnensem Ecclesiam *1021. vt*
 hortatu & rogatu venerabilis Meinverci ipsius Ecclesie Episcopi *Liberi. &*
Marianus.

Transactio integra de Comitatu VVartber. 29. fecerant, infirmare iudicio sæculari attentauit; & multis consilijs habitis ad vltimum in Natali S. Damasi Papæ in Ermēneswerthe, in præsentia Henrici Imperatoris, Aribonis Moguntini Archiepiscopi, & Episcoporum Wicelini Strasseburgensis, Adalbal-di Traiectensis, Vdonis, Herimanni Comitum & aliorum multorum, omni querela postposita, plenaria reconciliatione pacatus, cessauit, & octoginta tres libras ab Episcopo accepit, in Ganderesheim XX. vncias auri, XLVI. libras argenti, vnum pallium pro III. libris & XXX. equas, astantibus VVizelino Episcopo prædicto, Reinvardo, qui aduocatus fuit, Vdone, Sigifrido, Ezzikone, Lindulpho, Becelino, Bennone, Sueuan, Comitibus, Conone filio Ducis Ottonis, eiusque milite Zeizulfo & alijs multis. In capite autem Ieiunij proximi anni, præsentibus, Vdone, Bennone, Sifrido, Comitibus, alijsque plurimis cum Reinvardo aduocato dedit Episcopus Meinvardo militi Bernonis II. vncias auri, & II. libras argenti, datisque omnibus promissis exceptis duobus talentis. * * *

LXXIII. Eodem anno Thiederius Mimigardeuordensis Episcopus obiit, & Sigifridus Parthenopolitanus Abbas ei succedens X. annis eidem Ecclesiæ laudabiliter præfuit. Thiederius quoque Mindensis præsul præsentem vitam finiuit; post quem Albericus eiusdem Ecclesiæ Præpositus electus; sed morte præuentus, nec consecrationem accepit, nec in cathedram peruenit. Sigisbertus verò Episcopatum obtinuit. Piæ memoriæ etiam Berenyvardus Hildenesheimensis Episcopus XII. Kalend. Decemb. ad Christum migravit; in cuius locum Godehardum Althahensem prius Abbatem sancta Ecclesia sibi suisque, vtiliter subrogauit. Anno * dehinc succedente Gero Parthenopolitanus Archiepiscopus ab hac vita discessit, cui Hunfridus VVireiburgensis Ecclesiæ Præpositus successit. Thitmarus piæ memoriæ Onenbrugenensis Episcopus ad Christum migravit; & in sedem eius subintravit Moncherus.

LXXIV. Arnoldus * quoque Haluerstadenensis Episcopus moritur, & Brantoch quondam Fuldensis Abbas substituitur. Bernardus similiter * Huelburgensis Episcopus sustollitur, post quem Reinholdus subinfertur.

LXXV. Ipso anno Aribo Moguntinensis Archiepiscopus in Pentecoste Imperatorem Moguntiam inuitauit, vbi & concilium generale coadunauit; in quo, Episcoporum consilio plura, quæ deuiauerant correxit; præcipue tamen Ottonem Comitem prædictum de Halmerstein & Irmingardam illicitè commanentes separare disposuit; quod

*Thiederius
eius Monasteriensis
& Thied.
Mindensis
Episcopi
obiit anno
1022.
S. Bern
v. a. d. u.
Hildesheimensis
obiit.
S. Godehardus.
* 1029.
Gero Mag.
deburgi
Arch. O.
Kranz
lib. 4. c. 13.
* Arnoldus
Huelburgensis
* Haldenburg.
Synodus*

quod tamen perficere non potuit; quia ille se partim regali timore, partim Episcopali commonitione utcumque correxit. Illa verò publicè bannos præuaricans, ibidem ius legemque omnem funditus perdidit.

Proxima III. Idus Augusti ipsius anni, prædictus Aribio Maguntinæ sedis Archiepiscopus Synodum in Salegunstadi coadunauit; in qua, præsentibus Episcopis, Burchardo V Vormatiensi, V Verinhardo Argentino. Brunone Augustensi, Euerhardo Babenbergen-
*
si, Meginhardo V Virciburgensi, communi eorum consilio atque legum dissensionem composuit, & disparilitatem singularium consuetudinum honesta consensione in vnum redegit. Inconueniens quippe sancto conuentui visum est, quod membra capiti discordarent. & vlla diuersitas esset in vnius corporis compagine; ideoque propter lamentabiles dissensiones communi decreto concilij hæc capitula sancita sunt, hoc ordine.

CAPITVLVM PRIMVM.

V T XIII. dies omnes Christiani ante festiuitatem S. Ioannis Baptistæ, in abstinentia sint carnis, & sanguinis, nisi infirmitate impediente, aut alicuius festi solemnitate, quæ in illo Episcopio celebris habetur, intercedente. Et ante Natale Domini similiter; & in vigilia Epiphaniæ: & in omnium vigilijs Apostolorum: & in vigilia Assumptionis S. Mariæ: & in vigilia S. Laurentij; nec non & in vigilia omnium Sanctorum, adijcientes prædictis vigilijs vnam horam refectionis, excepta infirmitate, & nisi aliquis sit, qui proprio voto maiori abstinentia uti velit.

CAPITVLVM SECVNDVM.

D E incerto autem ieiunio quatuor temporum, hanc * consuetudinem statuimus: vt si Kal. Mart. in III. feria sine antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Sin. autem Kalend. Mart. in v. feriam, aut vi. aut sabbatum distendantur, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo si Kalend. Iunij in III. feriam, aut antea euenerint, in subsequente hebdomada ieiunium celebretur. Et si in V. aut VI. aut sabbatum contigerit, ieiunium in tertiam & quartam hebdomadam referuetur. Et hoc sciendum est, quod si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada Pentecostes solemniter, & tunc propter solemnita-

Maguntina sub Aribio
bono anno
MXXIj.

Ex S. Godehardi MS.

vita ad
Verbam.

LXXXVI

Synodus

Salingen-

stadiensis

que extat

apud Bur-

chardum.

* consultum.

De diebus
quibus se-
rius audiam.

* certitudinem.

De ieiunio
IV. tempo-
rum.

tem S. Spiritus diacones dalmaticis induantur, & alleluia cantetur; & flectamus genua, non dicatur. Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, vt si Kal. Septembris in III. feria euenerit, aut antea, ieiunium in III. hebdomada celebretur, & si in V. aut VI. aut sabbato contigerit, in III. hebdomada ieiunandum erit. In Decembri vero illud obseruandum erit, vt in proximo Sabbato ante vigiliam Natiuitatis Domini celebretur ieiunium; quia si vigilia in sabbato euenerit, simul ieiunium & vigiliam celebrare non conuenit, &c.

*In Synodi
Selingensis
decre-
tum con-
stituta ex Mi-
crologo &
alii.*

Luna.

Hæc quidem Synodi huius decreta, temporis, vt dictum est, necessitate exigente sic ordinata; sed in dispositione ieiunij quatuor temporum, salua authoritate non bene cōsiderata. Vnde Romana Ecclesia super fundamentis diuinæ dispositionis rationabiliter ordinata, & contra nouitatum adinventiones rationi & authoritati contrarias magisterio Petri in omnibus & de omnibus pleniter informata, hanc de Ieiunio quatuor temporum constitutionem refutauit, vtpote, quam authoritati sanctorum Patrum non consentire, & rationi legitimæ Lunationis non conuenire manifestè recognouit. Leo namque primus in ordine Pontificum quadragesimus septimus, cuius authoritate congregatum & confirmatum est sanctum Chalcedonense Concilium, & Gregorius iunior in ordine Pontificum nonagesimus, ieiunium vernale in Quadragesima, & ieiunium æstiuale in Pentecoste celebrari instituerunt. in quibus beatus Gelasius Papa in ordine Pontificum quadragesimus nonus, ordinationes fecisse & fieri instituisse, in decretis suis, inuenitur. Ipsa * quoque decima cum in Februario plerumque occurrat, sicuti in decem annis cycli decennoualis, videlicet sexto decimo, quinto decimo, secundo decimo, decimo octauo, septimo, quinto quarto, duodecimo saepe contingit, in quo secundo Februario *** Nam Patres reuerendi sanctitate, & apostolica authoritate præcipui, Simplicius, Gelasius, Symmachus, Felix in Februario ordinationes fecisse leguntur. Rationem quadragesimalis Lunationis concilium hoc de ieiunio vernali in Kalendis Martij disposuisse constat, cum sabbatum duodecim lectionum vernalis ieiunij, aliquando decimo sexto Kalendis Martij, aliquando decimo tercio Aprilis occurrat. Concordia quoque officiorum summo pere seruanda, ne ieiunium vernum cum ieiunio æstiuale confunderetur, cum cantus quadragesimales, & orationes ita orationibus & lectionibus de sancto Spiritu in Pentecoste adiungentur. Vnus Gregorius Papa eiusdem nominis septimus, qui

*Gregorij
VII decre-
tum de le-*

qui Hildebrandus Monachus, eiusmodi varietatem & confusio-
nem secundum Apostolicæ normæ consuetudinem reformare cu-
piens, anno ab Incarnatione Domini millesimo septuagesimo octa-
uo Indictione prima, habita Romæ Synodo in Ecclesia Domini
Saluatoris, quæ dicitur Constantiniana, præsentibus Archiepisco-
pis numero ferè centum, cum innumerabili diuersorum ordinum
multitudine, inter cætera Canonice executionis negotia, quæ re-
nouando confirmauit, & confirmando innouauit, Ieiunium quod
Martio ascribitur omni anno in prima hebdomada Quadragesi-
mæ secundum Iunationis obseruationem, sicut & Paschæ celebra-
ri disposuit, sicut prædecessores suos constituisse, claruit. Ieiunium
æstiuale in hebdomadam * Pentecostes: Ieiunium autem au-
tumnale, iuxta statuta sanctorum Patrum Leonis & Gelasij, & ali-
orum plurimorum in septimo mense debemus celebrare; & secun-
dum Ecclesiasticam consuetudinem in tertio Sabbato Septembris
ieiunare, hoc obseruato, vt, si Kalendæ Septembris, secundæ, ter-
tia, vel quarta feria intrans, in tertia hebdomada; si quinta, sexta fe-
ria, vel Sabbato intrans, in quarta hebdomada celebretur. Hæc mi-
nus capacibus enucleata, ingenio sagacibus non sunt ingrata, quæ
cum antiquitatis notitia conferant eis studij florentis exercitia.

Episcopus autem Meinvercus Monasterium inchoatum acce-
lerans consummare, sanctuario testudinato, Imperatorem in Na-
truitate Domini Patherbrunne inuitauit: & sperans eum Imperia-
li magnificentia, aliqua daturum prædia, in præsentia eius hoc de-
dicare, proposuit; ex inopinato autem Sanctuarium, casum ipsius
Ecclesiæ futurum præsignans, cecidit; & ita Episcopus domi foris-
que, negotijs regni multipliciter occupato, Monasterium hoc vsq[ue]
ad annum Dominicæ Incarnationis M. XXXI. indedicatum
permanfit.

Inuitatus autem Imperator Henricus aduentum suum denunti-
auit Episcopo; præcipiens necessaria suo preparari balneo. Epi-
scopus autem, per omnes curtes suas Dominicales, agnos factos
occidi faciens, de velleribus agnorum infra vterum earum inuen-
torum, pelles fieri mandauit, quibus pallio nouo adoperetis, & gulis
matherinis * in circuitu ornatis, Imperatorem post balneum
vigilia vestiuit. Magnates autem regni qui plures aderant, acce-
dentes, pallium considerauerunt; & rem, vt suspicati erant, depre-
hendentem, Imperatori innotuerunt. Qui aduocato Episcopo,
cur pelles ouinas sibi dedisset, inquisiuit, & honoris & amoris igna-
rum, dignitatisque Romani Imperij eum oblitum proclamauit.
Episcopus autem optimum genus indumenti cuique ordini, con-

*ianio vey-
no.*** octauano.*

LXXVII.

*Templi
Monasterij
nomi ruius.*

LXXVIII.

*Henricus
Imp Pa-
therbron-
na Natali
Domini
celebras.*** Martini-
nis.**Post balne-
um Mein-
verco ac-
cipit pelles
um amittit.*

*loco ex pel-
lium per
mutatione
arvepto
Henricus
ad benefi-
centiam
allicitur.*

ditioni & dignitati conueniens, se dedisse asserens, mercatores ad-
uocauit; eosque per gratiam suam hac de re contestatus, eorum
testimonia, quæ dixerat, vera approbauere. Et accedens ad
Imperatorem. Ego, inquit, Henrice, pro corpore tuo mortali
uestiendo, pauperem B. Mariæ semper Virginis Episcopatum à te
mihi collatum, deuaſtaui: Canonicos eius, villicos ac mendicos, de-
velleribus ouium occisorum fouendos, de lactis eorum copia cibi-
que varij alimonia alendos, fraudauit & spoliaui, cuius mali coram
Deo reus tu eris, si non velociter & pleniter Ecclesiæ ablata resti-
tueris. At Imperator arridens, Ego, inquit, si quem defraudauit, vel
mei causa defraudatum noui, reddam quadruplum; & sic pro hu-
ius damni restitutione, contulit prædium in Stein.

LXXIX.

*Scyphum
regium
Meinſuer-
cus loco in-
toruerit.*

Cantatis autem vesperis in sacris vigilijs, misit Imperator scy-
phum suum mirifici operis cum sicera Episcopo commendans &
precipiens nuntio, vt non rediret visurus faciem suam sine scypho.
Episcopus autem, condigna gratiarum actione, missa suscipi-
ens, diutina & varia verborum altercatione & dilatione, cum
nuntio habita, ferenti scyphum non reddidit; egressoq; tandem eo,
obseratis firmiter post eum ianuis, ascitisque aurificibus suis, Brun-
hardo & filio eius Erphone, in ipsa nocte Natiuitatis Domini,
calicem de scypho fieri iussit. Matutinorum autem solemnij
apud Monasterium nouum, Imperatore præſente, celebratis,
inter Euangelium subsequentis Missæ matutinæ, Episcopus
perfectum calicem consecrauit; & vt in præſenti diuina my-
ſteria in eo celebraret, ministris tradi mandauit. Capellanus
autem Imperatoris ad eam Missam subdiaconi functus officio,
epigrammata calicis legit, & lecta Imperatori ad legendum,
obtulit, quibus ab Imperatore lectis, quoque ad Episcopum
accessit, & furti cum reum arguens, Deum rapinam illam o-
dio habere in holocausto, dixit: Ego, inquit Episcopus, non
rapinam, sed auaritiam tuæ vanitatis cultui mancipaui diuini-
tatis. Tu ad augmentum tuæ perditionis, aufer Deo, si au-
des, oblationem meæ deuotionis: Ego, inquit Imperator, Deo
mancipata non auferam, sed quæ mea sunt ei suppliciter offe-
ram: tu, de tuis iustis laboribus honora Dominum dignatum in
hac nocte pro salute nasci omnium. Mox ergò, inchoato offer-
torio, Imperator calicem ad altare solemniter obtulit; animæque
eius & corpori imprecatus Episcopus prospera, non modicas gra-
tiarum actiones rerulit. Ad offertorium autem Missæ de luce, E-
piscopus ab Imperatore instanter Curtem regalem de Erueete exi-
gens, oblationem eius suscipere recusauit; Imperatricis autem

*In calicem
conflari
iubes.*

*Henricus
Imp calicē
Deo offert.*

*Meinſuer-
cus rruete
pradium
quo inueu-
to ab Hen-*

susci-

suscipiens, sibi apud Imperatorem eam fore auxilio, pro obtinendo Eructe obsecrauit. Dominus autem Omnipotens, in cuius manu sunt corda Regum, meritis Episcopi, cuius deuotio complacuit sibi, conuertit in bonum cor Imperatoris, qui sciens se in die iniuriam ab Episcopo habiturum, ascitis primo diluculo Notarijs, occultè fieri fecit de Eructe priuilegium. Ad offeritorium ergo principalis missæ Imperator, frequenti Principum stipatus caterua, Deo oblaturus diuinis debitum beneficijs, qui se pro humano debito Deo Patri obtulit in ara Crucis, ad Episcopum venit; sed, ille auerso vultu & manu, repetitis vocibus instanter Eructe expetiit. Imperator congrua reuerentia, & disciplina repulsam sui dissimulans, præcedentem Episcopum sequebatur; & vt oblationem suam suscipere dignaretur, humiliter precabatur. Dùm autem vno præcedente, altero subsequente, Imperatrix Christianissima, interuentu magnatum regni, qui ad hoc spectaculum gratulabundi astabant, accessit, & vt petitioni non nisi quæ Dei essent quærentis satisfaceret, Imperatorem suppliciter expetiit. Qui diu multumque renisus, tandem Episcopi perseuerantia, Imperatricis, primatumque coactus instantia, priuilegium protulit, & accedens ad altare B. Dei genitrici & perpetuæ Virgini Mariæ, Sanctique Kiliano & Liborio, & astanti Meinverco Episcopo suisque successoribus, curtem Eructe sitam in pago VVestfalen, legaliter obtulit. Episcopus autem gaudio repletus inenarrabili; Rex omnium Sanctorum, exclamat, retribuatur tibi. Et Imperator auerso vultu, occultè submurmurans; & tu, inquit, odium Dei omniumque Sanctorum eius habeas, qui me bonis concessis cum detrimento regni spoliare non cessas. Episcopus autem priuilegium cum manu in altum exaltans, Beatus tu es, Henrice, ait, & bene tibi erit, cui pro hac oblatione cælum patebit; cuius anima cum Sanctis sempiterna possidebit gaudia. Videte, ait, omnes populi, considerate fideles vniuersi, talis oblatio, peccatorum sit abolitio; hoc sacrificium Deo acceptabile, animabus sit propitiabile. Hoc quoque fideles, pro posse suæ facultatis, imitari studeant, vt pro temporalibus æterna, pro transitorijs mansura obtinere valeant. Vniuersi autem, magnis vocibus Dei collaudabant magnalia, gaudentes super omnibus, quæ audierant & viderant eidem Ecclesiæ collata donariis.

Quarto autem Nonas Ianuarii cryptam in nouo suo Monasterio in honore S. Stephani Protomartyris consecrauit, lapidem quem

rico oblationis sit.

S. Cunegundis pro Meinverco intercedit.

Henricus Imperator Eructe cum priuilegio offert ad altare.

LXXX.

** Tiatmal-
lo.* quendam altaris, spectabilis magnitudinis à B. Leone Papa con-
secratum, de Ecclesia * Titemelle allatum, in ea collocavit, & ado-
randas eiusdem Protomartyris reliquias, cum alijs multorum
Sanctorum in eo reposuit.

LXXXI. Varijs autem modis, & temporibus, Ecclesiæ commissæ pro-
spiciens Episcopus, oportune importune Imperatori institit, &
nunc gratuito oblata cum gratiarum actione suscipere, nunc ne-
gata pie violentus præripere non destitit. Quodam denique tem-
pore Imperator in Ecclesia principali missam auditurus, regali
preparatura altare fecit ornari, admonens suos, Episcopi solitam
inuasione, cautius præcaueri. Episcopus autem eandem mis-
sam celebrans, post Agnus Dei pulpitum ascendit, & differentiam
*Mein Ver-
cua pro com-
cione dis-
serit de Sa-
cerdotij &
imperij dis-
crimine.* inter Imperij potestatem, & Sacerdotij asserens dignitatem, res
diuini iuris, non esse humani honoris, & diuino cultui consecratum
ad ius pertinere Sacerdotum, Canonica auctoritate ostendit.
Vnde Ecclesiastica ornamenta, & sacerdotalia indumenta, super
quæ & per quæ ea hora & Ecclesia diuina celebrata erant Sacra-
menta, eiusdem Ecclesiæ pietati & vtilitati, pontificali authorita-
te & banno confirmavit; & omnes suæ Canonice authoritati re-
niti præsumentes, cum suis fautoribus, cum luminibus, sanctæ
Ecclesiæ Apostolica auctoritate anathematizatos sequestrauit.

LXXXII. Episcopus autem quoddam Imperatoris tegmen egregium,
præcipui decoris, & mirifici operis pallium, sæpenumero obtine-
re desiderans, effectu caruit; donec quadam die Imperatori pluri-
bus intento, illud fortuito rapuit. Imperator vero Episcopum,
de rapinæ incusans vitio, talionem debitam suo se tempore reddi-
turum perhibuit; ille vero pallium hoc conuenientius in templo
Domini pendere, quam sua mortalia membra tegere, affirmas, mi-
nas eius se vili pendere asseruit. Sciens autem Imperator, Episco-
pum sæcularibus negotijs multipliciter occupatum, tam in latini-
tatis locutione, quam in lectione, barbarissimi vitia non semel incur-
rere, de Missali in quadam collecta pro defunctis faciens, de famu-
lis & famulabus, cum Capellano suo deleuit, & Episcopum pro re-
quie animarum patris sui & matris missam celebrare rogauit. Epi-
scopus ergo ex improviso missam celebrare accelerans, vt scriptum
reperit, mulis & mulabus dixit: sed errorem recognoscens, repeti-
tis verbis, quæ male dixerat, correxit. Post Missam insultans Impe-
rator Pontifici, Ego, inquit, patri meo & matri, non mulis & mu-
labus meis missam celebrari rogavi. At ille, per matrem, ait, Domi-
ni, tu, more solito, iterum illulisti mihi, & non quoquo modo, ve-
rum in Dei nostri seruitio, cuius verè vindex en promittit meus iu-
dex

dex. Namq; sibi factum non pertransibit in uultum. Illicò Canonicis in * Capitulū principalis Ecclesiæ conuocatis, Capellanum Imperatoris huius rei conscium, durissimè verberibus castigari iussit, castigatumque nouis vestibus indutum ad Imperatorem nuntiatum, quæ facta fuerant, remisit.

Miratus autem Imperator multiplicem Episcopi erga cultum Dei deuotionem, experiri proposuit si synceriter ex Deo esset, eius intentionem; & ascitis Notarijs scribi fecit litteris aureis in scedula. *Meinuerce Episcopo dispone domui tue; morieris enim quinta die.* Episcopo autem in domo hyemali ad mensam confidente de superiori æstiuali domo per postes scedula per huius rei conscium occultè dimissa, ante Episcopum corruit. Ipse ea accepta & perlecta, usu corporeæ fragilitatis, primo stupens inhorruit. Deinde ad naturæ necessaria iturus, alias per loca dispersas inuenit, & certissimæ suæ vocationis indices credens, Deo gratias egit: & ascito Vicedomino suo, omnia quæ in pecunia vel diuersarum escarum copia habuit, Ecclesijs & pauperibus erogari præcepit. Vix autem quibusdam vilibus indumentis sepulturæ suæ retentis, expeditus à curis omnibus, horam vocationis suæ gaudens expectabat, & precum laudumque insistens hostijs, vigilijs & ieiunijs, dies noctibus continuabat. Itaque transacta die quinta, cum in crypta solo prostratus, vsque in mediam noctem exitum suum prætolando, nihil corporalis molestiæ sensisset, tandem in se reuersus, esurire cepit, & Imperatoris suspicatus, ut reuera erat machinamenta, ad cubiculum redijt; & cibarijs de foro mutuo allatis, corpus ieiunijs & vigilijs attenuatum, cibo somnoque refecit. Mane facto, Imperatore cum principibus quasi de resuscitatione Lazari gratulante, & prolixiora viuendi spatia ad exemplum & profectum aliorum à Deo sibi concessa affirmante, Episcopus antequam Missarum solemniam initiaret, pauca pro re & tempore ad populum locutus, Episcopalem irrisionem, & rerum Ecclesiæ distractionem omnibus innotuit, & eius rei authores & fautores Apostolica authoritate anathematizatos à sanctæ Ecclesiæ gremio, omniumque fidelium consortio, vsque ad condignam satisfactionem segregauit. Imperator protinus cum Imperatrice cæterisque facti illius conscijs, Monasterium cingrediens, & excessum humanæ leuitatis humiliter recognoscens, discalciatus & cilicio indutus, aduentum Episcopi ante fores Monasterij publicè pœnitens expectauit. Et post missarum solemniam, egressuro Episcopo in animo contrito & spiritu humilitatis prostratus, absolutionem anathematis interuentu qui aderant, cum

* Capitulum.
Capellanus
regis in
Pader-
brunnensi

capitulo
verberibus
sua disci-
plina casti-
gatur.

LXXXIII.
Henricus
Imo. Mein-
uerce
mortis mo-
rum arti-
ficio iniecit.

Meinuerce
eius mor-
tem ani-
mose an-
gustie ex-
pectans, re-
rum exter-
narium de-
spicientiam
& diuitiarum con-
temptum
prodit.

Meinuerce
eius pro-
corosione
Imperato-
rem & alios qui
mortis me-
sura ad-
mouerant,
excommu-
nicat.
Imperato-
ris publica
pœnitentia.

fuis difficulter impetrauit. Imperialem igitur largius extendens Imperator manum in opus misericordiae, distracta multipliciter restituit, & deinceps cordatenus Episcopo vnitus, ad omnia quae tam in proprijs, quam in conferuorum & coepiscoporum suorum necessitatibus expetisset, benignissime annuit. Admiretur igitur & veneretur à fidelibus vt meretur Episcopalis authoritas, & humilitas Imperialis; & commendetur in eis commendanda vitae sinceritas, & meritorum tanta sublimitas.

LXXXIV. Deuotissimus igitur Imperator, circa memoratum locum Patherbron multis donis pijsissima largitate celebratis, quasi in spiritu quodammodo praecognoscens se eo amplius non venturum, erga dominum & eundem locum, dilectumq; sibi Episcopum, suae dilectionis indicia non minima dereliquit. Interuentu namq; venerabilis Cunigundae Imperatricis assidue monentis, atq; incessabiliter ei in memoriam reuocantis quod Episcopus Meinvercus plus caeteris fidelibus suis, iugi deuotione in seruitute regia sudasset, contulit ei praedium quoddam Hoensile dictum, in pago Westphalofitum, in comitatu Bernardi Comitis, quod Episcopus Ecclesiae suae nouae mox tribuit, cum omnibus eiusdem praedij appenditijs. Die quoque eadem, aliud praedium dictum Stein situm in pago Westfalen in Comitatu Bernhardi Comitis et Imperator dedit; quod sibi suisque successoribus ad Maioris Ecclesiae dominium Episcopus retinuit.

Hoensile.

*Steinhim
al.*

LXXXV. Ipso die videlicet XVIII. Kal. Februarij Ecclesiam ab Episcopo nouiter exstructam Imperator ab omni saeculari violenti exactio-
*Henricus
privilegiu
conferit Ec-
clesia Mo-
nasterij
Abdingho-
nen.* ne vel inuasione stabiliuit & communiuit, Imperialis edicti auctoritate decernens, vt nulla persona quemlibet Abbatem ipsius Ecclesiae cum suis fratribus super bonis concessis vel concedendis, inquietare, molestare, aut diuestire praesumat, aut aliqua iudicialia potestate se intromittat; excepto aduocato ab Abbate & fratribus in defensorem electo, adiiciens hoc in praeccepto, vt si quis hoc infringeret C. libras auri componeret, L. regiae camerae; L. eidem Ecclesiae.

LXXXVI. Monasterio quoque Cofunga nominato, in honore sancti Saluatoris, sanctaeque eius Genitricis, nec non victoriosissimae Crucis atque beati Petri Apostolorum principis constructo, quoddam praedium regij iuris Hardinehusen dictum pro remedio animae suae dilectaeque coniugis suae Cunigundae Imperatricis Augustae, nec non pro animabus fidelium suorum, quorum corpora ibi requiescunt, Erphonis Comitis, atq; Connonis eadem die in Patherbron contulit; ea videlicet ratione, vt venerabilis eiusdem Ecclesiae Abbatissa

batiffa Ora nomine, sibiq; post hinc succedentes, proprietario ipsū Ora Abba-
tiffa Co-
fungenfia.
iure possiderent. Tali similiq; studio regie deuotionis, profecit S.
Ecclesia augmento sacre religionis; & in suo statu vigente capite,
vigerunt in suo profectu membra Ecclesie.

Illius quoque temporis Episcopi sapientia & scientia præditi, LXXXVII.
subiectorum profectibus continuè erant dediti, secundas Imperij
partes sanctè & iustè adiuuantes, sacerdotij rigorem nullatenus re-
laxantes. Inter quos vitæ merito eminebant Treuirensis Metropo- Episcopo-
rum huius
etatis illu-
strum Prae-
conia.
lis; ex qua primum sonus Euangelicæ prædicationis intonuit parti-
bus Teutonicis Meingoz & Poppo; Colonienfis quoque Heriber-
tus & Piligrinus. Maguntinensis Ecclesie VVilligifus & Erchan-
baldus; Aribo & Bardo. Burchardus VVormaticensis studio suo in-
collectione Canonum in Ecclesia laudabilis. Traiectensis Ansfri-
dus & Athalboldus. Mimigardeuordensis decor Theodericus &
Sigifridus. Osnebruggensis Thietmarus. Hildenesheimensis Be-
renvvardus & Godehardus. Mindenfis Sibertus & Bruno. VVirin-
harius Argentinæ ciuitatis. Meinhardus & Bruno VVirciburgen-
fis. Parthenopolitanæ Gero, & * Hunfridus; Bremensis Vnuvva- * Memfridus
dus
Adi Vam-
berum Sbi
Hunfridus
ad an 1013.
Ezech. c. 1.
3 & 5.
nus; & alij quam plures pontificia dignitate venerabiles, & sancti-
tate incomparabiles; quorum meritis adeò illo in tempore floruit
Ecclesia, vt non sit hodie aliqua, quæ nobis eius temporis non por-
tendat suorum meritorum insignia. Hi vt *Cherubin, virtutum sua-
rum alas alter ad alterum concutiebant*; vt in laude Dei, orbem terra-
rum commouentes, meritorum qualitatibus tanquam diuersis dif-
creti vultibus, & in corporalibus & in spiritualibus oculati, ante &
retro, tam in prosperis, quam in aduersis populum commissum stre-
nuè gubernabant. Tales erant Episcopi Meinverci contempo-
rales. Per hos, Dominus, triumphato mundi principe, propaga-
uit Ecclesiam, suo sacro redemptam sanguine. Hi Meinver-
cum pro vitæ suæ innocentia, magna venerabantur reuerentia;
cui tam in Ecclesia, quam in curia, magnam pariebat dignitatem
temporalium rerum opulenta. Porro Meinvercus digniores & Meinver-
ci elogium.
proiectiores inter eos, filiali reuerentia venerabatur, vt patres;
coætaneos & iuniores amplectebatur vt fratres, maiorum admo-
nitionem & institutionem humiliter percipiens; eandemque fi-
milibus & iunioribus salubriter impertiens. Mira ei ad omnes ca-
ritas, inestimabilis morum & verborum suauitas, vt amorem Dei
in eo interius feruenter flagrantem, quodammodo intelligeres per
gratiam exterius coruscantem.

Erant quoque tunc monachi quaquaversus religiosi, in vi- Monachi
eius etatis.
gilijs, ieiunijs, orationibus & diuinis meditationibus studiosi,
Xxx 1 præsen-

præsentia contemnentes, cogitatione & omni auiditate, cœlestia desiderantes.

LXXXIX.

Henrici
Imp obit* Gronæ
& Gronæ:
MS hic
variantSepultura
* in Monas
terio S Pe
tri pleriq;
Epitaphi

Postquam autem tali Imperatore tantarum virtutum haud segni exectore mundus non erat dignus, ipseque pro consummatis gloriosissimè huius vitæ laboribus cœlesti bravio erat donandus, Gronæ * decumbens, cum totius Christianitatis inæstimabili mœrore, anno vitæ suæ LII. Regni XXIV. Imperij XI. Dominicæ Incarnationis c. l. c. xxiv. est defunctus, & Bauenbergam translatus in * Ecclesia SS. Apostolorum Petri & Pauli honorificè sepultus, tumulusque etiam tali Epitaphio insignitus;

Henric Augustus virtutum germine iustus,

Hæc seruat cuius viscera putris humus.

Splendor erat legum, speculum, lux, gemmaque Regum;

Ad cœlos abiit, non moriens obiit.

III. id. ulji.

Idibus internis vexantem pondere carnis

Iulius ætherio sumpserat imperio,

Abbatissa pia, quod reddat sancta Maria,

Hildigarda sibi iusserat hoc fieri.

XC.

Executio
alemosy
na Henrico
Imp a
Meinver
eo
* admissio

Episcopus autem, obitu eius audito, per totam civitatem Patherbronensem omnemque Episcopatum, transitum eius agi solenniter mandavit; & pro animæ eius remedio elemosynas non minus tam in alimentis, quam in vestimentis, pauperibus erogavit. Quamvis autem gauderet de patrono amisso, * doluit de solatio amisso; transfixusque doloris nimij gladio, non potuit imperare sibi, quin doleret corde & animo. Et Imperator quidem laborum suorum præmiis, inter ciues cœlestis Hierusalem gaudio æternæ claritatis ineffabiliter tripudiabat: Episcopus autem ut congregata à luporum incursione conseruaret, & pro acquirendis alijs operam daret inter ciues Babylonæ aliquandiu commorari habebat.

XCI.

Saxonum
in Verla
conventus
de electio
ne Regis
Helm
Gruafdes
husen Ab
batialis
sedata

XCII.

Hemmon
stede

Post obitum ergo Imperatoris soli Saxones in quodam castello quod Werla dicitur, conuenerunt; & tam de Regis electione, quam aliarum rerum necessaria dispositione, tractare cœperunt. Ibi Dominus Meinvercus Episcopus, & Titmarus frater Ducis Saxonæ Bernardi, quicquid iniuriarum & controuersiarum de Abbatia Helmvardeshusen, aut alijs rebus, ad inuicem habuerunt, penitus dimiserunt: & interuenientibus Sigifrido auunculo eius, Hermanno de Westphal, Bennone, Amelungo, Comitibus, alijsque præsentibus, plenariè reconciliati; huiusque reconciliationis testes litteris sunt mandati.

Beneficium quoque Dominæ Adela de Hammonstede,

con-

concessum, Imperatore mortuo mox ad eum locum rediit, ex quo prius fuerat acceptū. Episcop^o autem, vt sapiēs. semper sapiēter fecit; & ex substātia Ecclesiæ beneficium Dominae Addelæ secundum velle eius, vt Imperator constituerat, restituit, concedens ei ad terminum vitæ suæ Lindebringaroth, * Handelun & Dalheim cum LXXX. familijs. Hoc insuper constituens, vt non solum corporeæ utilitatis, & necessitatis remunerationem, sed cum dies vitæ eius extremus venisset, saluberrimam animæ suæ experiretur commemorationem: ita vt à fratribus die XXX. obitus eius, omnibusque anniuersarijs Missæ & Psalmodiæ celebrentur, & elemosynæ, sicut in anniuersarijs Episcoporum eiusdem Ecclesiæ pauperibus erogentur; & fratres ibi Domino seruiētes duo & duo quatuor panes, duos triticeos, duos siliginos, vel auenæ, X. carnes, vnā amphoram ceruisiæ, vnā heminam plenā medonis * accipiant. Scholastici vero duo, & duo, duos panes, & quatuor carnes, & vnā heminam plenā ceruisiæ inter se diuidant. Hæc in præsentia Sifridi, Vdonis, Bennonis, Comitum, Vriæ, Lindwiche, Vvicilini, Hunike villicorum, & aliorum multorum sunt facta, & ad memoriale perpetuum litterarum serie firmata. O Episcopum idoneum de Ecclesiæ commissæ profectu in tantum sollicitum; qui & corporibus vtiliter prospicere, & animabus salubriter nouit consulere.

* Lindu-
bingaroth.
Annuer-
saria feria
Addela
matrona
in Agapa
E elemo-
synis Epi-
scoporum
anniuersa-
rijs aqua-
ta:
* id est
mulsi, vel
mellina,
vulgo
Meth.

Principibus autem pro electione Regis dissidentibus, octo hebdomadibus solium regni vacauit; Et sic Conradus, vnus ex regni primoribus, sed regno antea per rebellionem aduersus, fauentibus sibi Aribone Moguntinensi Archiepiscopo, Euerhardo Baunbergensi, anno Domin. Incarn. M. XXV. ab vrbe condita, M. DCC. LXXVI. LXXXV. loco ab Augusto, VI. Idus Sept. illud obtinuit; & Moguntia Regiæ consecutionis * dominium obtinuit. Prima * Idus Septembris facto iterum conuentu Principum, præsentia Meinverco Episcopo, in loco qui Hirsfelden dicitur, meritis sanctissimæ Idæ insigni, Hildegunda Abbatisa in Geseke, cum Bernardo nepote suo, & aduocato, prædia Vilesi, Versperdū, Hoddinchahusē, quæ olim à Sigebodone & à sua vxore Embilā p̄ quādā emendatione Patherbronensi Ecclesiæ tradita fuerat, infirmare voluit: Sed in præsentia Ducis Saxonie Bernardi, Hermannii Comitum, & filiorum eius Henrici, Conradi, Adelberti, Bernardi, Comitum quoque Ekkihard de Aslan, Erph, Amelungi, Theodorici Fresoniæ, V Videkindi Eckike, Tiatmari fratrisque eius, & aliorum multorum, iusto iudicio conuicta, ab omni executione prorsus cessauit.

XCIII.
Conradi
Salici ele-
cto. Ad
Abbarem
Vrsperg.
cuius hic
Chrono-
logia.
* consecra-
tionis.
* Idibus
Septemb.
Hirsfel-
densis con-
uentus.

XCIV.

*Comitatus
Dodicouie.*

Conrado igitur Rege in regno confirmato, mutato regno, mutatis etiam, ut solet, amicis & consularijs, per suggestionem Aribonis Maguntini Archiepiscopi, Comitatum quendam Dodiconis Comitis, quem prædecessor suus Imperiali munificentia Patherbornensi Ecclesiæ dederat, ab ea tulit; & in ius Maguntinæ Ecclesiæ rudis adhuc in regno, iniusto persuasus consilio, irrationabiliter transfudit. Venerabilis autem Meinvercus Episcopus Imperatorum deuotissimus seruator, & amator, Marthæ sedulus satagens obsequijs non cessauit, nec quieuit suo tempore supplicando, seruiendo, quoad vsque idem Rex Imperator factus, Omnipotentis Dei, in cuius manu corda Regum sunt, instinctu, fideliumque suorum interuentu, ablata restituit, & alia quam plura regali magnificentia ei tribuit. Sciens itaque Episcopus æquum esse serui Regibus, & Dominis, ut Christi famulis, * ad verum profectum honorem, dilexisse bonos, & tolerasse malos, ad Regem se contulit, & dilata sapienter interim omni querela, obsequio, amicitia, beneuolentia noui Principis gratiam adipisci proposuit. Rex autem tantæ dignitatis, & nobilitatis virum debita ueneratione suscipiens, amoris & honoris congrua exhibitione eum tenuit, profectusq; Romam II. electionis suæ anno in negotijs tam priuatis quam publicis fidelem & utilem viæ comitem habuit.

*Meinvercus
cuius gratia
Conrado
deuinctus
cum eo Ro-
mam pro-
fici scitur.**ANNO
MXXVI.
¶ MXXVII.*

XCV.

*Synodi Se-
lingenstad
indictio
1026 vide
S. Gode-
hardi & Gisa
c. 8.*

XCVI.

*Patriarcha
Aquileien-
sis Mein-
Gerco ef-
fert corpus
S. Felicis.**Martyrol.
Rom. XVI.
Marty
* Numerin
210.*

XCVII.

** Eporodia.*

Eodem anno in Natali S. Matthæi Apostoli Aribo Maguntinus Episcopus in Selingenstat concilium generale XII. Episcoporum conciuuit; in quo beatæ memoriæ Godehardum Hildenesheimensis Ecclesiæ Episcopum super Gandisesheimensi parochia, publicè conuenit, quam tamen Synodum vnanimitas fratrum in futurum annum in præsentiam Regis comperendinauit.

Rege autem manente in Longobardia, Wolfgangus Patriarcha Aquileensis ei obuiam venit, imprecatusque nouo Regi prospera, Episcopum Meinvercum consanguineum suum salutauit. Episcopo autem ad confirmationem Monasteriorum reliquias Sanctorum expetente, Patriarcha gratanter annuit; & corpus S. Felicis, qui sub Diocletiano * Imperatore, Beronio Præside, cum Hilario Episcopo, & Taciano diacono post equuleum, & alia tormenta, cum Largo & Dionysio Martyrium consummauit, postmodum misit.

Rex autem Natalis Domini Festum Yporeæ * inchoauit. Inde ad limina Apostolorum tendens, feria III. ante cœnam Domini Romæ, felici prosperitate, gaudens intrauit, & Sancto Resurrectionis die cum Gisla Regina coronam Imperialis honoris à beato

Conrado cum Gisla coniuge Romæ imperiali diademate coronatur anno 1027.

Ioanne Apostolorum Vicario gloriosè perceptit. Imperator autem ab Apostolico de Ecclesijs Dei, meliorandis propagandisque admonitus, salubriter obaudiuit; & perpendens hoc se multum posse iuuare, ad diuini honoris & gloriæ maiestatem, Ecclesias intra Imperij sui contiguum constitutas sublimare, & de rebus suis ditare: pariterque sciens ad Imperialis potentia dignitatem pertinere, bene sibi domi & militia seruientibus condignam seruitutis remunerationem exhibere, interuentu Gislae Imperatricis suæ contestalis, & filij sui Henrici, Brunonis Augustensis Episcopi, Hermanni Marchionis fratrisque eius Eckihardi, quandam curtem ad ius Imperiale pertinentem Eruete dictam in pago Engere in Comitatu Marcuardi Comitum sitam, cum omnibus appenditijs, & vniuersis vtilitatibus, quæ inde prouenire poterunt attinentijs, cum banno in mercatu etiam, qui apud eandem curtem solet haberi, Domino Meinverco, qui sæpè & multum frequenter, & fideliter seruiert, ibidem in Roma, Sabbato sancto Paschali hebdomadae, VII. videlicet Idus Aprilis donauit. Proximâ die Dominica regressus, ac peruasâ circumquaque potestatiue ea regione, in pace repatriauit, & Natiuitatem S. Ioannis Baptistæ nouus Imperator in Werle celebrauit. Vbi in bona senectute defuncto Henrico Duce Baioariæ fratre Imperatricis Cunigundæ, filio suo Henrico, eundem ducatum Principum delectu commendauit.

Eruete donatio Meinverco Roma anno Imp stabilitur.

Imperatore ergo reuerso, ipso anno facta est generalis Synodus Franconofordi Episcoporum XXII. in qua præsidente Imperatore, beatus Godehardus Hildenesheimensis Episcopus diœcesin suam super Gandenesheimensi parochia, canonica synodaliq; censura, iudicio VII. Episcoporum contra Aribonem Maguntinum Archiepiscopum retinuit. In eadem Synodo Domina Sophia Nōnas suas, cogente synodali decreto, ab Archiepiscopo recepit, & Gebehardus iuuenis, frater Imperatoris ibidem arma deponens, Clericalem tonsuram inuitus accepit.

** M. S. Imbripolis. Henricus Baioaria Dux mortur Imbrip. XCVIII. Synodus Francofordiēsis Vita S Godehardi cap 9.*

Primo * anno Henricus filius Imperatoris vnctione Piligrini Coloniensis Archiepiscopi Aquisgrani Rex factus. Ipso anno Aribomoguntinus Archiepiscopus in Gerzleci Synodum generalem cum suis Suffraganeis Episcopis habuit. In qua inter cætera Ecclesiastica negotia, quidam homo ingenuus de homicidio Sigifridi Comitum incusatus candenti ferro se expurgauit, & ex decreto Synodi post duas noctes illæsus apparuit.

*Gebehardus frater Conradi Imp fit Clericus. Consule Lamberti Chron. XCIX. * 1028. Henricus III fit Rex. Synodus in Gerzleci Aribonis Mogunt. Vita S Go. C. dehardi c. 10.*

Eodem etiam anno Miseco Sclauorum Princeps, Orientales partes Saxoniae cum exercitu violenter inuasit, & incendit

dij s Polonorum

*Duci in
Saxoniā*

dijs ac deprædationibus peractis, virorum ac mulierum, paruulorumq; innumerabilem multitudinem, miserabili, & inaudita mortificatione, trucidauit.

*Confirma-
tio bono-
rum Eccle-
siae Pather-
bron. à
Conrado
Imp.*

CI. Episcopo autem sedulo domi forisque obsequente, Imperator ei ad omnia, quæ expetisset, fauit, & inter cætera, quæ rationabiliter expetitus liberaliter annuit XIII. Kal. Septembris in Walahusen talia bona, qualia ab ipso vel ab vlllo antecessorum suorum regum, Imperatorum, seu cæterorum hominum Patherbronnensi Ecclesiæ collata sunt, in Abbatijs, in Comitibus, in Forestis, in tenonijs, in Monetis, in Mercatis, in Bannis, in immunitatibus, in omni districtu, in prædijs maioribus & minoribus, in mancipijs vtriusque sexus, siue in omnibus pertinentijs ad hoc iure ac legaliter aspicientibus, interuentu suæ coniugis Gistæ Imperatrici, & amantissimæ prolis Henrici Regis, imperiali præcepto stabiliiuit, & confirmauit, vt nullus temerario ausu aliqua de rebus Ecclesiæ auferre, aut sine præfati Episcopi Meinverci suorumque successorum permissione se intromittere præsumat. Sed eiusdem Ecclesiæ prouisor tali iure ac lege, quali Archiepiscopi, & cæteri Episcopi res ad suum Episcopium possidēt, omnium hominum contradictione remota, bona concessa, vel concedenda, potestatiuè possideat.

*Immunitas
& libertas
Ecclesiæ.*

*Hirsfeldia
Principum
conuentus
an 1079.
possesiones
Ecclesiæ
Patherbr.
windican-
sur.*

CII. XVIII. autem Calend. Octobris sequentis anni, qui fuit post obitum Henrici Imperatoris sextus, factus in Hirsfeld conuentu principum, Episcopus Meinvercus aderat; ibique veniens Brun Comes, cum vxore sua Idar, in firmare voluit traditionem, quam in prædijs Suttiburck, Betauen, Wallenstedd fecerat. Episcopus autem quasi sapiens tanta prædia perdere nolens, Domina Idæ vsque ad exitum vitæ suæ LXXX. aratra in reconciliationem dedit, & astantibus legitimis huic rei testimonium perhibentibus Bernardo duce, Hermanno Comite, & filio eius Henrico, Conrado, Adelberto, Bernardo, Comitibus quoque Eckihard de Aslan, Bernardo, Erphone, Theodorico Fresonia, Widukindo Eckihard, Amelongo, & fratre eius Ecberto, legali iure hæc firmata obtinuit; hoc fideliter decernens vt si aliquis aratra Domina Idæ concessa auferret, ille omnia prædia sua sine contradictione reciperet.

CIII. Nobilis quoque quidam Hathamarus nomine, prædium quoddam in loco Lemmonhusen dicto, hereditario iure possedit; quod cuidam Hathaldo seniori suo promissionibus illius illectus, absque voluntate hæredis legitimi tradidit, postea Hathamarus, imperante Domino, obiit, & prædium ei, matrique suæ iniuste abstractum, prædictus Hathaldus suæ concubinae, filia videlicet Bernardi Comitum, quasi pro dotis causa donauit. Hathaldo quoq; post longum tempus

tempus mortuo, Berthilt mater Hathamari in presentiam Conradi Imperatoris euando venit; suumque pradium iniuste sibi ablatum, multum conquerens, regali clementia sibi restitui suppliciter petit. Imperator vero misericordia motus, vim patienti benigne condoluit; & interuentu Gislæ Imperatricis, consilioque Vdonis, Hermanni, Eckihardi Comitum, aliorumque multorum eidem Berthildi pradium iniuste ablatum, potestatiue restituit: Berthildis vero memor salutis æternæ ipsum pradium per aduocatum suum Reinerum, cum consensu, & voluntate vxoris suæ Modumnæ, iustissimæ hæredis suæ, Ecclesiæ Patherbronnensi in proprium tradidit: eique Episcopus Meinvercus quandam decimationem in villa Thesli ad terminum vitæ suæ concessit. Huic rei Herimannus, Vdo, Eckihardus Comites, & alij plures testimonium legitimum dabant; & insuper omnes maiores & nobiles, qui eo tempore in Laem * viuebant.

*Berthildis
matrona
donatio.*

* Laem.

CIV.

Pauper quoque quidam Boia nomine, ad Imperatorem veniens se cum matre sua prædiorum Vflan & Richwardessum, quæ Episcopus ab Aludrico de Rangum grani pecunia comparauerat, legitimum perhibuit hæredem. Episcopus autem pro amore Christi eidem Baia vnum equum, & V. solidos, vnum laneum pannum, ad reconciliationem dedit; & presentibus Hunfrido Magdeburgensi Archiepiscopo Cathaloe Episcopo, Lutgero, Burchardo, Aludrico Comitibus, Varatra ad X. solidos denarium in beneficium vsque ad exitum vitæ suæ ei concessit.

*Meinvercus
ei equus.*

Anno autem Dominicæ Incarnationis MXXX. Contra - CV.

Imperator difficili, periculosoque itinere regionem Vngariorum peruasit; & deuotè sibi Episcopo vbique obsequente, interuentu Gislæ Imperatricis, filijque eius Henrici Regis Kal. Iunij in Merseburg quondam Bernardi Comitum pradium Batberch dictum, cum X. mansis circa eundem montem adiacentibus, in pago Michtercha in comitatu Haholdi Comitum situm, testamentaria auctoritate ei contulit; quod ideo hæreditario iure in Imperialem potestatem successit, quia idem Comes Bernardus spurius, quod vulgò Wanburtich dicunt, fuit. Episcopus autem pro collatis, gratias non minimas egit; & videns se laborem suum non in vanum consumere, magis ac magis pro obtinendis alijs insudare cepit. Miranda autem in tantæ dignitatis & nobilitatis viro, continuæ seruitutis, & laboris pro Ecclesiæ commissæ profectu instantia. Ac notanda & laudanda in eo maximè amoris Dei flagrantia, digna sanè Episcopalis dignitatis, quæ propter Deum maiori se subdens, Dominum in potestate eminentiori, quæ ab eo est, venerari nouit.

*Meinvercus
ei cum Imp.
Conrado
in Hunga-
ros expe-
ditio
Batberch
Meinvercus
eo donatus.*

Digna quoque Imperialis maiestatis, qui laboris & amoris sibi exhibiti negotia esse nesciuit.

CVI.

*Conradus
Imp: Mein-
vercum.
annulat
beneficijs.*

Vbique ergo fidus & indiuiduus Comes Imperatori Episcopus existens, proximo anno secum Alifede venit; & prædia quæ habuerunt Bernardus & vxor eius Hareka, in locis Aliffaen, & Eltinum in pago Paderga, in comitatu Annilungi Comitum XIII. Kalend. Feb. ab eo obtinuit. Post hoc Goslarum diuertit XI. Kalend. Martij, vbi prædia Bennenhusen, VValabroch, Padenbroch sita in pagis VVetiga, & Tilithi in Comitatu Widikindi Comitum eius Imperator contulit. Ibidem die eodem, interuentu Gislæ Imperatricis, & filij sui Henrici Regis, & iuge seruitiū Episcopi sæpissimè & fideliter impensum sibi prædium Hemhusen, VVunden, VVindilin, Voderord, Alrendorff, Roneberfun, Sonderessen, Hifari Hammeressen situm in pago Auga in comitatu Conradi Comitum, cum Attinentibus, Harconum & Ricardum etiam cum suis omnibus Imperator Pather Ecclesiæ tradidit.

CVII.

His actis, quidam vir VVirtilo nomine Imperatoris Conradi serenitate adiit, humiliter exorans vt prædium Sannabiki dictum, situm in istis villis Hornam, Frodinedorff, Vinesbike, Rasseti, Kne-rahusen, Buckinhusen, Bennenhusen, Bruni, Berchen, Homan, Holthusen sua, vxorisq; suæ Odæ, filiaq; eorum Cæcilie, necnon Gerburch, filijq; eius Hodonis petitione, ac collaudatione ad suam Imperiale manum accipere curaret, & prædium Eneriri, quod Regiæ fuit proprietatis, illorum è contra ditioni subiugaret. Quorū desiderio Imperator primatū suorū satisfaciens consilio, id quod illorum erat ad suas manus recepit, & illorū ius, hoc, quod sui erat iuris amicabiliter remisit. His omnibus ita transactis, prædictum prædium Sannabiki quod tunc Regiæ iudicabatur esse proprietatis, in Comitatu Widikini Comitum in pago VVertika, interuentu Gislæ Imperatricis, Henrici Regis dilectæ suæ prolis, nec non Herman- ni Marchionis, Meinverco Episcopo, suisq; successoribus ad vtilitatem Pather Ecclesiæ III. Non. Aug. in perpetuum tradidit. Recordatū se dicēs, non in hoc tantū, sed in alijs, sibi adhuc, Deo volente, ab eo tradēdis prædijs, q; suum seruitiū deuotius, & ceteris Pontificibus frequentius, non quasi vno, sed ferè in omni tempore anni habuerit. Magnæ deuotionis & fidelitatis seruitium, tam euidentis Imperialis maiestatis habens testimonium.

*Sannabiki
Patherbr.
Ecclesia
actis.*

CVIII.

*Conrad
Delonia si-
nes Vassus.*

Tempore autem autumnali Imperator Sclauos cum parua Saxonum manu inuasit, & Mifconē diu sibi resistentem, Lutizi cum aliquot vrbibus, & præda, quæ prioribus annis in Saxoniam partibus facta fuerat, restituere, pacemq; iuramento firmare coëgit.

Mona.

Monasterio autem, quod in Occidentali parte Patherbrunnensis Suburbij Episcopus inchoauerat, pleniter & decenter, cum omnibus claustralibus officinis consummato, ab Imperatore hoc dedicandi ac consummandi licentiam petijt, & accepit. Regressusq; dedicationi attinentia, cum summa abundãtia præparari præcepit. Misso autem à VVolffgango Patriarcha Aquilegiensi corpore S. Felicis cum duobus pallijs, v. Non. Octob. Episcopus in eodem Monasterio cum maxima Cleri, totiusq; ciuitatis populi frequẽtia illud excepit. Et experiri volens salutis ipsius auxilio, si sibi, suoque succurrere posset populo, rogam maximum in medio claustri sub diuo fieri præcepit, in quem cum tertio corpus misisset, totiensque in fauillam reductus ignis fuisset, cum maxima omnium exultatione, & laudum iubilatione corpus manibus proprijs excipiens, super principale altare detulit, & omnium venerationi solemnem sanctum illum deinceps haberi instituit.

Oblationis ergo, quam pro spe suæ salutis & incolunitatis, p. medio animæq; suæ, omniumq; parentũ suorũ, Dño offerre disposuit: testes & cooperatores idoneos adhibuit. Ascitisq; Hunfrido Archiepisc. Parthenopolitano, & Episcopis bonæ memoriæ Godehardo Hildenesheimensi, Siberto Mindensi, Sigifrido Monasteriensi, alijsq; quatuor. eos nuptijs suis festiuis interesse petiit. Maguntinus autẽ Archiepisc. Aribo eodem anno Romã pfectus orationis causa, in reditu, vii. Id. Apr. obiit. Et Bardo Werdenensis Abbas, qui Imperatricis machinamẽto subintrauerat, quiq; ante paucos menses Arnaldo Abbati ab Hersfeldensi regimine deposito, successerat, variis negotijs occupat, secundũ desiderium Episcopi, interesse nõ poterat. Solemnitate ergo omnium Sanctorũ Kal. Nou. in ciuitate Patherbronnensi cum prædictis Episcopis, & innumerabili multitudine p. miscuæ ætatis & dignitatis festiuẽ celebrata, sequenti die Episcopis præsentib, & sua auctoritate fauentib, Monasterium suum in honore B. Mariæ perpetuæ Virginis, sanctorũq; Apostolorũ Petri & Pauli, atque omnium Sanctorum, deuotissimẽ consecrauit, & in dotem eius prædia hæc sollenniter delegans. VVithun, Gelondorff, Merebeke cum Ecclesia, Rimi, Eriburch, Goltbeke, Bodenhuse, VVald, Mañickhusen, Hauergo, Medere, Baldhornũ cum decima, Lessere cum decima, VVanbeke, Hoësen, Radmeheim, cũ capitali decima, super dimidiã curtem cum familia. Villã in Rutten, curtẽ cum familia, & decima super omnem parochiam, capella in Vorthusen ad eandem Ecclesiã pertinentem. In Teisterbãt curtem cum tota familia matrem Ecclesiarũ, in Tiullon cum quatuor Capellis attinentib, Nivveld, Hellere, Hasen, Gamberen, cũ decimis earũ.

CIX.

Mein vver
cus se ad
Monasterij
Abdingho-
mensis de-
dicationẽ
& dotatio-
nẽ accingit.
S. Felicis

corpus à
VVolffgãgo
Patriarcha
Aquilegiẽsi
Patherbrũ
nã missum.
Mein vver
reliquias
sed vulgari
examina
probat.

CX.

Oblatio
fundorum
& prædia-
rum que
incredibile
magnificẽ-
tia Mem-
vvercus
Abbatia
ab se com-
puncta le-
ganit
Aribo &
Bardo
Archiepisc.
Magunt.

Dedicatio
Monasterij

Burgnon, item Burchnon, Antepo, cum omnibus suis pertinentijs, & ceteris, omnibusq; quomodocunq; donari possunt vtilitatibus, Mundiburdium & tuitionem Omnipotentis Dei, omniumq; Sanctorum commisit: admonens, & contestans, sub nomine Domini nostri IESU Christi, vt nullus successorum suorum, siue alia aliqua persona magna vel parua, contra Ecclesiam Dei seruiens foris aut intus, eidem Monasterio, rebusq; sibi concessis, seu concedendis, aliquam violentiam, seu rapinam inferre, vlla temeritate, vel de præfato Monasterio aliqua auferre, vel imminuere, de thesauris vel prædijs, vel monachis ibidem constitutis, vel constituendis, vim aliquam siue molestiam irrogare præsumat. Ecclesiam quoque in Haltenhusen cum banno Episcopali cum tribus capellis attinentibus eidem Monasterio delegauit; & ne quid Ecclesiasticæ dignitatis ac vtilitatis temporalis in aliquo ei deesset, solerter prospicere curauit.

CXI. *Ornatu
& suppellex
Monasterij
nomi* Ille est autem ornatu quem eidem Monasterio tradidit, quemq; frater Andreas consignante Abbate Sigehardo in custodiam recepit. Tabula ante principale altare argentea, Calix aureus VIII. marcarum examinati auri LXXII. lapidum decoratus ornatu. Calix fusilis argenteus XXX. marcarum, in quo opere, passio S. Stephani protomartyris continebatur. Calix argenteus minor XXII. marcarum. Calices minores diuersæ qualitatis & quantitatis purissimi argenti VI. Cruces argenteæ duæ cum baculis. Candelabra duo tertiam dimidiam marcæ examinati argenti habentia. Cuppæ argenteæ, Ampullæ argenteæ V. Dalmaticæ V. Casulæ XIV. Stola auro textæ VII. ex quibus vna habuit XXVII. tintinnabula, alia *XXI. adiunctis singulorum, & mappularum *pertinentes. Item alia VII. Subtilia III. Cappæ XXV. Pallia coccinea XII. Coopertoria altaris varij generis VI. Mappulæ coccinæ IX. Offertoriola coccinea duo, Doralia lanæ V. Choralia V. Cortinæ V. *Bandalia VII. Tapetia XIII. Albæ L. cum superhumeralibus suis & Zonis. Coopertoriū *analogi coccineum, Lapidés crystallinos XXXIII. Coronam argenteam, ante principale altare continens in festis præcipuis XII. candelabra in honorem omnium Apostolorum. Aliam coronam eque argenteam in medio Monasterij, continet LXXII. candelabra in honorem LXXII. discipulorum, & alia multa, ac diuisa ad Ecclesiasticum apparatus pertinentia.

CXII.
*abbatis
libera E.
lectio*

Liberam quoq; potestatem Abbatem eligendi secundū timorem Domini ad regularis auctoritatis firmamentum, sua Episcopali cōcessione eiusdem Ecclesiæ filijs stabiliiuit, & confirmauit; ita vt damnationem, & vltionem inuasoribus Ecclesiæ à Deo prædestinatam in-

tam incurrat, quicumque in hac re per aliquam violentiam, vel per malignum consilium eis obstiterit, & suam traditionem, & constitutionem atque licentiam liberalem infringere, vel permutare quolibet ingenio tentauerit.

Super his, atque alijs Monasterij vtilitatibus, facto testamento, Episcopus pijsimus prefatus, & ceteri Episcopi presentes, sibi in confirmationem singulatim ad pulpitem succedentes, sua illud pontificali auctoritate, & banno terribili, ac formidabili, stabilire, firmare, & roborare curauerunt: vt videlicet, si quis extra huius testamenti seriem coenobio Episcopi quodlibet dispendium siue iniuriam irrogare tentauerit, Omnipotentis Dei, Sanctorum eius iram, atque offensam incurrat, & in die iudicij, si non emendauerit, diuino maledicto subiaceat, Ite maledicti in ignem æternum, &c.

Constituit autem non census, vel debiti, sed inuiolabilis causa dilectionis, vt Abbas prenominati Monasterij omni anno in Dedicatione suæ Ecclesiæ, Episcopum, si presens est, Canonicosque suos, ad conuiuium inuiter, nihilque aliud aliquid præterquam quod caritas dictauerit, aliquando persoluere cogatur. Hanc traditionem Comes Amelungus summus matris Ecclesiæ Aduocatus, manu sua de altari suscepit, & Regiæ potestatis banno in comitatu suo stabiliuit.

Super his presentium atque futurorum orationes sibi apud Dominum Episcopus prodesse obsecrauit, vt ipse sibi mercedem in die iudicij restituat, pro cuius amore se incepisse dixit, & perfecisse. De prædijs autem eidem Ecclesiæ collatis, VVithun, Rune, Merebeke, Goltbeke, Botenhufen, VValtmannichusen, Hauergo, VVanbiche, & bona in inferiori terra hereditario iure possederat, Doere * verò & Driburch, ac Hoensile Imperator Henricus ei ad ipsum Monasterium dederat, Gelantorf quoque, vt prædictum est, à Dña Godrime & filio eius Hodam obtinuerat; Lessete verò quædam nobilis mulier ad ipsum Monasterium dedit, de quo Episcopus coenam fratribus prouideri dispositione Cellerarij instituit. Decimas autem super curtes infra Episcopatum constitutas eidem Monasterio delegatas ei concessit, & super mansos attingentes, quo prius soluerat solui permisit, nolens maculare alterius iuris immunitatem tanta à se constructi deuotione. Ab omni

autem hostilitio * & secularium exactio-num negotio, ipsum Monasterium liberum, & immune esse constituit; & ad inuendam futuris, & prædia ipsius transituris tam constructis deuotionem, quam constructi in Crucis Trophæi speciem & designationem

CXIII.

Testamen-
ti siue Do-
nationis
confirmatio.

CXIV.

Inuicatio
annua Epi-
scopi &
Canonicorum.

Amelungus
Ecclesiæ
Patherbr.
Aduocatus

* Hostilitio
iue pascen-
di mactan-
dique bo-
ues Domini
commodo
oliorum Mat-

tionem per omnia prædia eo pertinentia crucem siue in portis, seu alijs eminentioribus locis figi præcepit.

CXV. Monasterio ergo hoc, Anno Dominicæ Incarnationis **MXXXL** Indictione **XIV. IV.** Nonas Nouembris, vt dictum est, solenniter consecrato: post festum proximum Natalis Domini Episcopus Imperatorem Patherbronnam inuitauit; vbi interuentu Gislæ Imperatricis, suæque amantissimæ prolis Henrici Regis, & Egilberti Frisingensis Episcopi, quæ idem Monasterio in quibuscunque rebus Episcopus contulerat, imperiali præcepto Imperator stabiliens, confirmauit, & corroborauit, eo videlicet tenore, vt sub plenissima immunitatis tuitione hæc consistant, & sub imperialis auctoritatis defensione, præfatæ Ecclesiæ fratres ea possideant; ita, vt nullus iudex publicus, vel quilibet aliqua iudiciaria potestate præditus, loca vel possessiones eidem Ecclesiæ concessas, vel concedendas ad causas iudiciario more audiendas, vel freda, tributa exigenda, mansiones, vel * pratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsorum tam litos, quam & ingenuos super terram eorum commanantes, contra rationem, dispergendos, vlllo vnquam tempore ingredi audeat; neue vllas publicas functiones, aut redibitiones, & illicitas occasiones requirere, vel exigere vlllo modo præsumat: sed prænominatæ Ecclesiæ Abbas cum suo Aduocato, quem communicato fratrum suorum consilio in defensorem elegerit, causas rerum agendarum sagaciter prouidens, & sapienter disponens, suis suorumque fratrum vtilitatibus, & omnibus fideliter & vtiliter prospiciat; hominibus autem liberis, eidem Ecclesiæ collatis, qui Saxonice dicuntur Malmanandæ, regie auctoritatis defensionem concedens, quæ quod fiscus regius de eis consequi debuit eidem Monasterio contulit, quæ Episcopus diuersis vsibus assignans, censum horum Lesete soluentium, ad prouisionem luminum in dormitorio deputauit.

CXVI. Taliter vir Dei spe cælestium bonorum animatus, & consilio & auxilio Christianissimi regis Henrici eiusdem nominis secundi, Imperatoris primi, venerabilisque Cunigundæ Imperatricis in omnibus adiurus, & confortatus, Monasterium hoc, vbi nouissimam tubam expectare disposuit, monasticæ vitæ amore maxima deuotione inchoauit, & Episcopatus sui anno **XXIII.** Regni Conradi eiusdem nominis secundi **VII.** Imperij **IV.** vt dictum est, consummauit, & ad alia construenda, licentiam ab eodem Imperatore petijt, & impetrauit.

CXVII. Imperator autem à ciuitate Patherbronnensi cum Episcopo diuertēs, Hiltivvardehusen venit, vbi primo mane sequētis diei **XV.** scili-

*Monasterij
discati fun-
datisque
tempus.
Conradus
Imp post
Natalem
Domini
anno 1032.
Pather-
bronna
confirmat
fundatio-
nem Mo-
nasterij.*

** pratas*

** ludos*

*S. Henrici
& Cun-
gunda mo-
nificentiæ
& ope Mo-
nasterium
Meinwer-
cus absol-
uit.*

scilicet Kal. Januarij, interuentu Gisle Imperatricis, & filij sui Henrici regis, & præfati Egilberti Frisingensis Episcopi, & ob frequens, deuotumq; seruitium suum, quandam regie proprietatis Curtem Gardenebike nominatam in pago * Laen in comitatu Hermannii Comitis sitam, cum omni sua integritate, vel quicquid prædij habuit, in villis Humnadal, Moldugauel, Lindeluelhusen situm in eodem pago, & in comitatu ipsius Comitis, cum omnibus attinentibus Episcopo dedit, vt ipse fidelis suus, siue longè, siue prope esset, suæ deuotissimæ seruitutis eum non immemorem esse recognosceret. Tale testimonium suæ seruitutis, & fidelitatis veraciter deicit eum, qui in omnibus, & super omnia sinceriter dilexit Dominum.

Imperator autem à Hiltvarteshusen progressus, Fridislare terendit; vbi beneuolentiæ eius, prædictorumque instantia interpellatus, Comitatum Hermannii Comitis situm in istis tribus pagis, Auga, Hetega, Hessiga, eodem die ei contulit.

Tempore verò autumnali Saxoniam ingressus, Magertheburg deuenit; vbi interuentu Gislæ Imperatricis, & carissimæ sibi filij Henrici regis, ei Ecclesiæq; commissæ sibi VI. mancipia quorum hæc sunt nomina * Thierfart, Linza, Heregrin, Ethilier, Athalvart, VVieburg, cum omnibus eorum substantijs dono suæ magnificentiæ XII. Kalend. Septemb. delegauit. Beata, & beatificanda æterna memoria dantis, & accipientis; animaq; cum Christo Domino sempiterna possideat gaudia XII. Kal. Septemb.

Episcopus ergò pro obtinenda cælesti Hierusalem Ecclesiam ad similitudinem sanctæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ facere disponens, VVinonem Abbatem de Helmvvardeshusen, quem de monachis ciuitatis suæ ibi præposuerat, ad se accersuit; eumque Hierosolymam mittens mensuras eiusdem Ecclesiæ, & sancti sepulchri de ferri sibi mandauit.

Nactus autem opportunitatem temporis, comitatum Dodiconis Comitis ab eodem Imperatore ablatum, per suggestionem Maguntini Præfatis, eodè Præfule mortuo, opportunè, importunè cæpit requirere: timès, si perdita negligeret, se ante Deum in acquirendis alijs, parùm proficere. Imperator, a multimoda eius erga Deum cõperta deuotione, iustis eius desiderijs gratuito in omnib. annuit, & quærens opportunum tempus voluntati eius satisfaciendi pximo * anno III. Idus Maij Nouiomago, prædium in Marsfelde in pago Rettega, in Comitatu Vdonis Comitis situm interuentu Gislæ Imperatricis, & dilecti filij regis Henrici, ob seruitium secundum votum suum sibi sæpè impensum, cum omnibus attinentibus & mancipijs vtriusque sexus, ei contulit; & sic subsequente III. Nonas

Augu.

*Contr. ad
Imp. Mein-
suerum
donat præ-
dio Garde-
nobske.
* Lachar.*

CXVIII.

*Item Co-
mitat.*

CXIX.

*Mancipijs.
* Thier-
hart præ-
sbyter.*

CXX.

*MeinSuer-
cus Eccle-
siam medi-
tatur ad
instar se-
pulchri Do-
mini Hier-
osolymis.
Vino Ab-
bas Helm-
wardes-
husen Hier-
osolymam
adst.*

CXXI.

*MeinSuer-
cus Dodico-
nis Co-
mitatum
recuperas.
* 10. p.*

Augusti totum Comitatum Dodiconis Comitum situm in locis, Hesse, in tergo Metgou, Boteresge, quem Bernardus Comes possedit in Limburch Patherbornensi Ecclesiæ reddidit: & præcauens, ne aliqua disceptatio postmodum fieret, Comitatum qui situs est in E-lumga, Maguntino contulit; hoc decernens, vt si quis diabolica suasionem seductus, hæc infregerit, sciat se odium Dei Sanctorumque eius habiturum, & libras auri puri compositurum; medietatem regni camera, & medietatem Patherbornensi Ecclesiæ.

CXXII.

*Mein Ver-
cus Ecclē-
siam
Bustor-
pianā ex-
struit, &
Canonicos
ibi congre-
gat.*

*Dedicat il-
lam in præ-
sentia Ar-
chiepisco-
porum.*

*Dotat va-
riis assigna-
tū pradiis.*

** Vor-
werck,
certus ar-
ui modus:
vox à sus-
co & tra-
sione tra-
cta vide-
tur.
* Benni-
disto.*

Reuerso autem V Vinone Abbate de Hierosolymis, & mensuras eiusdem Ecclesiæ, & sepulchri sancti reliquias deterente, cæpit Episcopus ad similitudinem eius, Ecclesiam S. Dei Genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ, ac beatorum Apostolorum Petri & Andree, extra Patherbronnensem ciuitatem in orientali parte construere, in qua Canonicos Deo seruientes congregauit, quibus victum & vestitum de bonis proprijs subministravit. Celeriter autem constructa Ecclesia, sentiens diem mortis subimminere, Archiepiscopos Bardonem Maguntinum, Hermannum Colonensem, & Brunonem Episcopum V Virciburgensem asciuit, eorumque testimonio, Anno Dominicæ Incarnationis MXXXVI. Indiæ. IV. VIII. Kalend. Iuhij eam dedicauit. In ipsa autem die sanctificationis Ecclesiæ benedictione peracta ante Missarum solemniam, sermone ad populum finito, more aliarum Ecclesiarum Deo consecratarum, eam dotauit; dans ei curtem vnã in Heldung, quam ex hereditate paterna possedit; duas precariè acquisitas, vnã in V Valitchi, alteramin Aschiki, & vnum * Vorwerck in Asibick. Vnã curtem in V Valle. Quia verò de prædijs in confinio tantum non habebat, vt sufficere possit ad vsus Ecclesiæ & Deo seruientium in ea; consilio fidelium suorum accepto, omnes decimas subterscriptas de dominicalibus curtibus ad Episcopatum pertinentibus eidem Ecclesiæ dedit. Quarum prima est Enehuse, & XIII. Vorewerc, ad eam pertinentes Stidinam, * Bendisle, Costili, Bednihusen, Heddinhusen, Dalhen, Ghilari, Hilimari, Suafharon, Berchusen, Patherbrunnē, Brockhusen, Balhorn, Sicheim, & III. Vorvverc ad eam pertinentes; Kirckdorpe, Holtzen, Sivvardeste, Ingenhusen, & IIII. Vorvverk ad eam pertinentes; Glasan, Aschabruch Tuna Benknum, & IV. Vorvverc ad eam pertinentes, Berchusen, & V. Vorvverc ad eam pertinentes; Bikesethin, & III. Vorvverc ad eam pertinentes. Helegamkyrcham, & duo Vorvverc ad eam pertinentes. Luthite, & duo Vorvverc ad eam pertinentes: Hegnihusen, & IV. Vorvverc ad eam pertinentes. Aginhusen, & VI. Vorvverc ad eam pertinentes: Nithe, & IV. Vorvverc ad eam pertinentes. Heristalli, & V Vorvverc ad eam

ad eam pertinentes; Dasburg, & II. Vorverc ad eam pertinentes, Warburg, & III. Vorverc ad eam pertinentes. Culte, & III. Vorverc ad eam pertinentes. Hirsunthausen, & III. Vorverc ad eam pertinentes Kurbike, & IV. Vorverc ad eam pertinentes. Vilisi, & I. Vorverc ad eam pertinentem. Asbike, quæ est iuxta Hursti. Iphis autem villicis qui domos has prædictas inhabitabant, vel his qui post eos ponendi sunt, nihil omnino nisi XV. iugera pro vestitu permisit, alia vero omnia, quæ laborauerint in agro vel nutrierint in domibus, tam propria sua quæ habent, aut postea, Deo annuente, possessuri sunt, quam ad Episcopalem potestatem pertinentia, quadrupeda siue pennata, more solito absque vlla contradictione ad decimare constituit. Vt autem nulla ex his prætermitteret, quæ à Domino data essent; dedit & decimam in Sunthi super armenta sua, & super examina apum fideliter Deo, & Domino nostro Iesu Christo, sanctoque Spiritui offerens vota sua. Constituit autem, ^{Decimarum exalta solutio.} vt si quis eorum, qui videntur his omnibus præesse, præsumptuosè hanc traditionem per malam voluntatem aut propter nequitiam cordis sui, irritauerit, & secundum eius dispositionem decimam, non dederit, dicens, se iustè non daturum, & hoc à procuratore fratrum vel ab ipso Præposito loci, vel quod maius est, omnino fratrum querimonia proclamatum fuerit, si Ministerialis huius rei rector est, iuramento se in reliquis purgabit, si cito, * iudicio ferri igniti, ^{* Lito vel litio.} synodali sententia se liberabit. Ne autem alicui successorum suorum non bonæ voluntatis vitæ, neque amorem Dei in corde suo retinèti, mensuræ suæ stipendia Episcopus diminuisse videatur, sciat eum has decimas, & de hæreditarijs & acquisitis bonis centies restituisse. Ponebat & terminum, vt vnaquæque solet habere Ecclesia, audiente Clero vniuerso, & confitenti coram omni populo congregato, hæc omnia sine vlla contradictione posse fieri. In primis villam hanc, quæ dicitur Aspitara; aliam, quæ vocatur Hildelingshusen, tertiam, quæ vocatur Hassenthufen, quartam Hahensili, quæ vulgari verbo dicitur Quadin, quintam Asbinethusen. Super hæc omnia cum non possent habere vllam vtilitatem syluarum, potestate Episcopali dedit eis in Bemdisla, & in Marchusen Thuringorum, Rengithenhusorum, Hildemhusorum, Aspetarorum, in vnaquaque hebdomada pondera VI. plaustrorum. Dedit quoque ad honorem & vtilitatem Ecclesiæ eiusdem, partem Sunderæ suæ in Orientali plaga, via quæ vadit ad urbem Patherbron vsque in Asbithinchusen. Harum rerum priuilegium propriis manibus sigillatum eiusdem Ecclesiæ filijs dedit, vt testimonio scripturarum veritas approbetur, si quando tribulatio vel contradictio rerum

prædictarum ab aliquo facta fuerit, anathemate cum Iuda proditore feriendum decernens, quicumque successorum suorum, aut consanguineorum, seu posterorum eorum à quibus precario partem quandam acquisierat, hæc infringere tentauerit.

*Mein Ver-
cus quomo-
do Pather-
brounen-
sem ciuita-
tem Eccle-
siæ undique
ciuitatem or-
narit & il-
lustri arit.*

CXXII. Talia viri Dei pro spe æternitatis opera fuere, & circa ciuitatem sibi commissam dilectionis indicia, qui si vixisset in ciuitatem honoris, & decoris eam in regno promouisset. Nam sicut in occidentali, & orientali parte ciuitatis congregationes seruorum Dei construxerat, ita in australi parte in campo, in aquilonari Sulthe, in modum crucis construere disposuerat, vt sicut ab eo de nimia paupertate tam hæreditaria traditione, quam iugi instantia, & seruitio à regibus alijsque fidelibus acquisitione fuerat ditata, & promota, ita crucifixo seruientibus, & eam orationum suarum armis defendentibus contra omnia inimici iacula esset munita & insignita.

*Mein Ver-
cus pijs Simus
abus.*

CXXIV. Feria itaque tertia ante Ascensionem Domini, hac dedicatione peracta, sollempnitateque Ascensionis Domini celebrata, cepit aliquantulum infirmari: sentiensque diem suæ vocationis instare, precibus & eleemosynis continuè cepit operam dare. Erant autem duæ capellæ ad domum Episcopalem, vna in transitu, vna super columnas facta in honorem SS. Primi & Feliciani ante Ecclesiã principalem. In hanc ante altare hora diei prima, in Vigilia Pentecostes, Non. Iunij se deferri mandauit: & Dominici corporis, & sanguinis perceptione munitus, sublatisque ad cælum manibus, & oculis, hora diei tertia, ea inquam hora, qua Spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis descenderat, quiq; in eius mente gratiam mansionem habuerat, inter verba orationis animam suam in manus patris commendauit. Dies ille Sabbati cuius vespera in prima lucefcit Sabbati, cuius sanctissima nox tam semper floret gaudio præteritæ Christi Resurrectionis, quam expectatione venturi, vt creditur, eadem nocte iudicis.

Siagicum.

*Boso Cor-
beensis
monachus
ex condito
animam
ebullit.
Mein Ver-
cus sepeli-
sur in Ec-*

Eo anno L^{us} habebatur, qui numerus tam decalogi legalis, quam gratiæ spiritualis indulgentia, ac remissione facer habetur ac prædicatur. Annus hic verè Iubilæus Episcopo extitit, quo absoluto, originali, & actuali debito, liberrati filiorum Dei restitui meruit. Eadem autem die & hora, qua Episcopus ex hac vita migravit, Boso Corbeiensis Ecclesiæ monachus, cum raderetur in claustro sanus & incolumis, intruens intuentes, alloquens alloquentes, repente expirauit: & non irritandum Spiritum sanctum in cordibus fidelium habitantem, exemplo sui terribiliter declarauit. Corpus autem Episcopi in Ecclesiam beatorum Apostolorum Petri & Pauli dela-

delatum, ibidem, vt ipse viuens disposuerat, sepelitur; vt quod apud Deum promeruerat, fideliter deposcens salubriter experiretur. Tanta autem omnium generum escarum abundantia in Episcopi reperta est substantia, vt speciali quadam magnificentia, pauperib. de omni prouincia accurrentibus septem noctibus erogaretur eleemosyna. Beatus vero Godehardus Hildenesheimensis Episcopus per reuelationem obitu eius agnito, animam eius diuinæ pietati attentius commendauit; & hora diei tertia, dispensatore eius prandium paratum, nunciante ipso, vt parata paratis ad prandium apponeret, mandauit dicens, se nuncium quendam accepturum, & ante prandium missarum solemnia celebraturum. Mox veniente nuncio obitus Episcopi, hostiam salutarem Domino pro animæ eius remedio immolauit, regressusque ad prandium accepta, ambabus manibus similia apposita, O beate, inquit, Meinverce Episcoppe, quomodo te lata tua similia à morte communi non liberauit? Et ego, inquit, quamdiu superstes ero, de albo pane non gustabo, & biennio, exceptis quatuor hebdomadibus, & tribus diebus, quo superuixit, compleuit, quod dixit. Ecce virum probabilem, perfectis per omnia imitabilem; in quo habet monachus quod admiretur; clericus & laicus, quod imitetur; omnis deniq; fidelis anima, quod veneretur. Omni ergo prædicandus gloria digna posterorum veneretur memoria; sitque memor memorum apud IESVM Christum Dominum; cui honor & gloria per omnia

sæcula sæculorum,

Amen.

clesia Monasterij Abtingha-

uen. Eleemosyna largi-

*tas. S Godehardus diuini-
tus agnos-
situr Meim-
verci.*

*Animam eius in sacrificio Deo commenda-
das. Meinverci similia.*

V. OCTOBRIS.
MARTYROLOG.

BVDICÆ, Monasterio Diœcesis Paderbor-
nensis, S. MEINVLPHI Diaconi, & Con-
fessoris.

ALBERTVS KRANTZIUS.
METROP. LIB. I. C. XVI.

*Meinulphus cum in Ecclesia Paderburnensi Ar-
chidiaconi fungitur officio, & locuples patrimonium ex-
structo in villa Bodehem Virginum monasterio conuer-
tit in usum religionis, ea fuit sanctimonia, ut & in vita
& in morte multis clareret miraculis; & in Catalogum
SS. sit adscriptus. Festum eius V. Octobris peragitur.*



VITA S. MEI-
NVLPHI DIACO-
NI PATHERBOR-
NENSIS.

Ex M. S.

IEMPORE quo gentem Saxoniam Carolus Imperator imperio suo subegit, subactamque de Idololatria ad fidem Christi transtulit, natus est de eadem gente Meinulphus utroque parente admodum nobilibus. Sed iam in tenera ætate per necessitatem mortis destitutus est patre; quo defuncto nondum iste puer suscepit mysterium Baptismatis sacri, licet ei iam ætas concessisset virtutem ambulandi. Quia gens illa adhuc fragilis in Catholica religione, nondum mortis habuit teneros infantes Baptismo conseruare. * Itaque cum huius pueri mater primo viduata marito contingere vellet proximam palmam Virginitati, id est, abstinentiam thalami secundi; ecce defuncti coniugis germanus ipse quidem, & re & possessione paganus, visitauit eam indutus specie consolationis, sed animo voluens fomitem turpissimi sceleris. Quippe ille incestus hospes, in cuius corde antiquus hostis certissimum sibi hospitium collocarat, fratris coniugem deuotissimæ hospitalitatis officio se suscipientem, heu nefas, inuitam adulterauit. Quæ quam primum manus euasit corruptoris, absque dilatione peruenit ad præsentiam prædicti Imperatoris, ipsique, quæ dolor dictauit in corde, libero pronunciauit ore, nimis sancte obsecrans, vt se à tanto persecutore reueretur, qui æterni Tutoris in terris vice fungeretur. Imperator condolens nobilissimæ viduæ, annuit roganti, & filium eius per laucrum regenerationis, intra sanctæ matris Ecclesiæ gremium admitti fecit, ipseque eum Baptismo suscepit. * Mater autem, quæ Wigtrut dicebatur, cui regis sponsio certam securitatis spem largita est, spe gaudioque comite reuera est; & in vicem magistri timorem a-

Suriam. a-
dit expri-
mit an.

777.

Meinul-
phus nobi-
libus pa-
rentibus
ortus.

Infantium
Baptismo
dilatus a-
pud neo-
phytos Sa-
xones.

Sar. editio.
ne id sup-
pressum.

S. Meinul-
phi mater
Vigtrudis
Simpissa
ad Caro-
lam ma-
gnam con-
fugit.

S. Meinul-
phus in ba-
ptismo su-
scipitur a
Carolo M.

S. Meinul-
phi educa-
tio.

Fit Canoni-
cus.

Baduradius

II Episcop.

Padeborn.

eum susce-
pit.

Sur. edit.

addit Dsa-

conium or-

diatum

sec. ultra

eum gradu

perendisse

Item Badu-

rado à se-

oreris fuisse

S. Meinul-

phi

conuersio

ad perfecti-

orem statim

Monasterij

exstruendi

cura.

Monasterij

locum cele-

sti Siso

delegitur.

Subulgo.

*

Visum de

loco Mona-

sterij ab

Episcopo

minatur.

Visum ter-

tio confir-

matur.

S. Meinul-

phi obedi-

entia.

Sur. edit.

Aquisgra-

nium adisse

Ludovicum

Pium. et

impetrasse,

moremque Dei sibi constituit. Puer autem Meinulphus sub iure scho-
lari ad disciplinam dispositus litterarum, ex dispositione ascendit
ad habitum earum. * Et cum excederet à scholis, excessit etiam de-
siderium mundani honoris, integra mente migrans ad propositum.

Canonicæ legis, in loco qui dicitur Padibronno.

Hic eum eiusdem loci Pontifex Baduradius, benignissima cura nu-
triendum suscepit; cuius indicium virtutis unum recitare, res monet
& locus. x xv ii. annis exactis post eius sepulturam vestes, quæ cum
ipso sepulturam subierant, ita integræ ac sanæ apparuerunt, ut nec vi-
na fimbria ex eis legem pateretur putredinis. Huic tantæ virtutis vi-
ro, cum B. Meinulphus adhæret, accidit, ut diuino instinctu Pontifex
quæstionem circumstantibus proponeret, quid nimirum mysterij ser-
mo hic Euangelicus contineret. Vulpes foueas habent, & volucres
nidos: &c. quam quæstionem cum mox quidam, sicut res habet, solue-
ret, eius verbum ultra quam dici potest, in pectus Meinulphi descen-
dit. Et ex illa hora, sese Christo pandit hospitium in terris, quatenus
ab eo reciperet æternæ mansionis commercium. *

Quocirca miro ardebat desiderio Monasterium construendi, sed
quærentem retardauit mora locum aptum inueniendi; quatenus di-
uina pietas illud constructum, tanto maiori pretio examinaret, quã-
to seruus eius pro constructo constantius laboraret. Cum autem Dominus
velleret seruo laboranti parcere, dignatus est ei locum suæ prædestina-
tionis ostendere. Nam subulo eius, dum more solito in pascuis gre-
gibus moraretur, ecce improviso miræ lucis splendor adspexit in
loco, vbi nunc idem Monasterium Deo autore consistit. Vidit præ-
terea copiosam ceruarum multitudinem modo stare, modo circuire
locum eundem. * Hac exanimatus, visione, vbi recepit animam, festi-
nanter perrexit ad Dominum suum. Ille hac lætissimus fama, vbi Deo sa-
crificium laudis immolauit, Pontificem huius famæ participem fecit.
qui sciens, quod etiam Diabolus se soleat in angelum lucis trans-
formare, elegit consilium, iterum pro eadem re consulendum esse
Dominum Cui B. Meinulphus præbens assensum, petijt, Pastore duce,
eundem locum; ibique solus cum solo pernoctans, & orans, præscriptam
Pastoris visionem ex integro vidit, visamque Pontifici retulit. Qui Pon-
tifex, visionum numero, trinum Conditoris nomen cupiens æqua-
re, suavitati tertio visionum fidem exploratum ire. Ille autem obedi-
entiam plus Deo placere sciens, quam victimam, lætus iuit, & lætior
rediit, quia tertia visio redeunti comes fuit. His ita pactis, B. Mei-
nulphus simulque Episcopus ad fidem visionis diuinitus incitati, ce-
dere, decreuerunt Regiæ autoritati. Et B. Meinulphus chartam te-
stamenti ab Imperatore rogauit; quam ipsius Regis insignitam a nullo

acce-

accepit. Reuertēti * quidā familiarium capsam obtulit, quam ipse inter arbuta non fortē sed diuinitus inuenit: Erat. n. plena thesaurorum sanctarum reliquiarum, quo ei, qui Deo Sanctis que templum construere volebat, nihil gratius erat vel acceptius.

Inter hæc, cum peruenisset ad Monasterij locum, inuenit ceruum arrectis cornibus accubare; sed vbi propius accessit, quasi sancto assurgeret, se festinanter erigere. Dumque rei ordinem acutius aduertere studet, ecce videt inter cornua cerui, Dominicæ Crucis signum splendere; cuius splendor, oēm auri splendorem visus est superare. Bonus autē miles, optimi Imperatoris cognito vexillo, Dñi sui; simul cognouit Dñm suum præsto esse, in auxilium sibi, lætitiāq; cordis voce pronuntiauit, dicens, iam mihi certa spes promittitur, q; ille, qui quondā eodem armatus vexillo Inferni claustra destruxerat, huius loci protector contra Diabolicas vires exurgat. Qua voce finita, ceruum non videt vltra. Inuenit etiam B. Meinulphus baculum in eodem loco, quo viderat cubantem ceruum; qui locus nunc principale eiusdē Monasterij altare continet, quia ipse Christus qui altari p̄sident, regnauit à ligno. * Hinc morā oēm constructi Monasterij factus vir abdixit, Passim arbores cędebatur, nulli vepriū & arbustorū parcēbatur; nouumq; opus surrexit, ad noui hominis honorē. Absoluto autē opere, Templum quod construxerat Deo eiusq; Genitrici. *Id. Nou. dedicari fecit. Quo dedicato, collegit ille sacrarū Virginū non modicū gregē, quem Dñs vsq; ad finē mundi custodiat sibi fidelē. Nam has Dei famulas in præscripta visione, ceruæ præfigurauerāt; quæ, cum angelicā vitā degerēt in terris, vna ex ijs frigore depressa, spe recreādī, quandā Monasterio domum contiguā est ingressa; in qua, cū ad ignem sedens cum posito velo se peccit, accidit vt ignis omne velamen capitis cōbureret. Tū illa lacrymas incipit fundere; sed lacrymāti Deus ad honorem serui sui solatiū voluit impendere. Nam supueniens Meinulphus iussit, cōsumpti velaminis simbrias afferri. Tum ingens stupor gaudiumq; exortum est; dum vestis de qua recipiendā etiam spes omnis abiit, de medio ignis rediit.*

Affuit inde tempus, cum miles post gloriosas cōtra antiquū serpentem concessas victorias, emeritus, & ætate maturus, virtute dignissimus extitit, vt cœlestis capitoli j affideret Senatoribus. Itaque *III. Non. Octob. Dñs, vti voluit, ad se transtulit seruum suum. qui de terris ad cœlos translatus, in Monasterio, quod ipse construxerat, terreum corpus cognatæ terræ liquit, quod ille felix proponere deposuit in infimo, sed nos illud mirè amplectimur pro venerabili pretio.*

*Canonica-
rum sacro-
larium sibi
carum ag-
gregari.*

sed ἐπέχθη

*Capsa reli-
quiarum.*

Ceruus S.

Meinulpho

famulans.

Crucis s̄-

num inter

cornua ge-

stans.

Budicensis

Monasterii

extru-

itur.

Templum

dedicatur.

S. Meinul-

phus velū

Sanctimo-

nialis exu-

sum resti-

tuit integri-

tatū

Sur. edit.

pannum

hūc integrū

asseruari in

reliquiis S.

Meinulpho

cum ignis

vestigio.

Obitus S.

Meinulphi.

Sur. edit.

reuiuissē

de Anstis-

ta electione

et pastorū

Ecclesia pe-

riculo locu-

tum. Sed

MS horum

nihil.

A D M O N I T I O D E
S. MEINVLPHI
VITA.

HANC ad V. Octobris dedit Laurentius Surius; sed alio vultu. Gobelinum profiteretur auctorem; eundemque agnoscit Molanus. Sed non stylo tenus à Surio tantum murata, sed interpolata quoque, seu ab alio Scriptore, seu interpretandi licentia.

Ego, quod huius vitæ specimen antiquum sese obtulit, Meinverco volui iungere, amputatis tamen quas stellis notaui, alienis ab historia digressionibus. Character sermonis tritum illud cacothæ rhythmicæ locutionis habet. quod ingeniosè ut putabant Isocolis & Antistoechis efficiebant.

Miracula studio prætermisimus; tum, quia apud Surium extant; tum, quia breuitati hic consulendum putauimus. Scribit Krantzius, Budicæ Monasterium collapsa Virginum disciplina, auorum suorum memoria Pontificis Max. auctoritate traditum Canonicis Regularibus, qui hodieque locum incolunt.

*Lib. 2. Me-
nop. c. 16.*





R. P. CHRISTO- PHORI BROWE.

RI SCHOLIA

IN VITAM B. M. MEINVVERCI.

VITÆ MEINVVERCI EPISCO-
PI SCRIPTOR
EIVSQVE OPERA IN VTRAMQVE PAR-
TEM DISCVSSA.

NFR A Meinverci ætatem longius amandandum de se duplici inditio dato, manifestum fecit. Primo, quo *Acta* Synodi Selingenstadiensis canones de ieiunio qua- *scriptura.* tuor temporum examinans, Gregorij VII. auctoritatem ijs opponit; altero, cum duorum Meinverci successorum Rothonis, & Imadi mentionem infert. Quod verò cum sui *Stylus.* xui hominibus loquatur, id est, incondito, & parum polito genere sermonis, id ij, qui Mercurialibus Gratijs ita litant, vt aurium magis dulcedine, quam rerum vtilissimarum cognitione capiantur, boni consulent. Etsi ad origines Patherbronnensis Ecclesiæ illustrandas, *Utilitas ad* variamque vicinæ regionis veterisque Saxonie historiam probe *historia* percipiendam, nescio, quid vtilius scribi, dariq; in lucem hoc tem- *Saxonica* pore potuerit. Latent enim sub verborum vilibus integumentis, *notitiam.* res litteris, memoriaque dignissimæ; & ex incompti sermonis fuligine, scintillulæ emicant prisicarum narrationum, quas frustra alibi requiras, eruasque.

Nec est, quod inficias eamus Excerpta, & Eclogas fecisse auto- *Ecloga.* rem ex scriptis alienis complures, id quod locis suis ostendetur; & res ipsa stylique diuersitas multifariam prodit. At vnum maximè in eo vereor, vt approbemus ijs, qui in Ecclesiasticis rebus, plus su- *Excusatio* percilio quàm ratione iudicant, quod tam multus sedulusq; sit, in re- *Autoris,* cēsendis rebus acquisitis Meinverci studio, ad Ecclesiam inopem *qui multum* *in Ecclesia* *possessioni.*

A a a a

suble.

*buarecen-
sendis.*

subleuandam, & opibus vsque cumulandam. Sed si verum serio tamen æstimamus, scriptorem hunc veteris memoriæ tabulis, & monumentis donationum abundè instructum, reor, annorum seriem secutum, vbi cetera ipsum narratio destitueret, omisisse nunquam, in huius industriæ, & alienæ liberalitatis memoriam excurrere qua Meinvercum aliquid impetrasse, Principes eidem donasse, non sileret. At quia verborum id non minore asperitate, quam locorum, & hominum obscura narratione ab illo perfectum est, inde scilicet ex horridula illa in litteris ætate, vltro consequitur, vt fastidium pariat.

*Exempla-
rium fides
vnde peti-
ta historia.*

Venio ad fidem Exemplaris, vt ad fundum huius historiæ. Vnde in animo Varronis dictum obuerfatur: *Aleam vita Domini, ac rei familiaris agi, vbi salubritas fundi nõ est.* In Apographum incideram ab origine sua sincerum quidem, at scriptorum vitio minimè salubre, & opportunū. *Στερωματὸδ' εἶπον* dixisses, & stragulam versicolorē, multorum manu raptim, & mendosè contextam; cui, ni refarciendę veteris historiæ fax præluxisset, Meinvercus suis in tenebris, seu carcere obscuro clausus adhuc, ignotusque, longa nocte iaceret.

Verum nostrorum hominum, qui Padebornæ viuunt, peruestigatione duplex tandem, Manuscriptum verustius, & autographum nactus, ibi cum meo R. P. Nicolai Toussani studio diligenter ea collata sunt, ausus sum operam hanc meam, cum ad Ecclesiæ illius ornamentum, tum historiæ communem vtilitatem publicè profiteri.

*Mutaturn
nihil, nisi
fugiente
sensu.*

Quamobrem, licet paucis in locis pendenti interdum orationi nos consulere Lectoris interesse putauimus, in proprijs tamen nominibus, aut sententijs ipsis innouare quicquam, vel immutare, religio fuit, quod in hisce doctos putarim, veterum exemplarium, si qua terrarum plura extent, quam meam fidem, sequi malle.

*Distinctio
illata.*

Ceterum, quia narratio multiplex nusquam interrupta, filo perpetuo textitur, placuit eam notatis ad marginem Latinis numeris incidere; & ad nostras animaduersiones, quas vt in silua iam diu cæsa, rariores tantum dabimus, per eosdem numeros, Lectori comiter quasi erranti, viam monstrare.

*Ex actis
Translationis S. Li-
borij qua
huc trans-
scripta.*

De I. itaq; & II. inciso, moneo, quod omnia fere, quæ in ijs, de Padebornensis Ecclesiæ incunabulis, loci situ, & conditione, Hathumaro Episcopo primo; ex Wirceburgensi Ecclesia huc assumpto, deniq; de Caroli magni, & Leonis pontificis congressu speciose repetuntur, plurimum mutuata verbotenus ex actis Translationis S. Liborij, quæ grauitè olim currente sæculò Christi nono Bissonis IV. Episcopi iussu, conscripta sunt; extantq; apud Surium ad vitam illius Sancti adiecta, & ipsi Bissoni inscripta, qui floruit salutis anno **DCCCLXX,**

I.

Patherbronnensis sedes præminebat.
 ORIGO LOCI STRICTIM RE-

PETITA.

PATHERÆ fluminis fons vnde loco, & ciuitati nomen, priscis Saxoniae occiduae populis, Franciæq; & Germaniæ regibus iam inde à Caroli magni ætate conuenarum accessu, crebrisq; conuentibus & militari concursatione frequentatus; inde Episcoporum, præsertim Meinwerci multis pulcherrimisq; donarijs, & sacrarum ædium structuris, tectisq; decorus euasit. Hic magnus Carolus exercitus adunauit, Saxonibus sæperecidiuis ius dixit. Saracenorum triū Regum legationem frequenti Procerū senatu, hic audiit. Innumeram Westphalorum gentem salutaribus hic vndis Christo renasci vidit. Deniq; caput orbis Christiani Leonem Pontificem à pessimis hominibus afflictum, erigere summo cum honore, & suscipere, & dimittere pro regifico accepit. Inde Caroli filio, pio H. Luduico rerum potiente, translato ab vsq; Cenomannorum finibus S. Liborij pignore, religione noui patrocinijs, & ostentorum admiratione maiorem in modum locus exornari cepit. Trasmisus autem huc magno cum adparatu, nec sine afflatu numinis Badurado Episcopo fauentis, S. Liborius, anno Christi DCCXXXVI. Indict XIV. itineribus sane longis, cum vrbs * Cenomanensis procul apud Turonum fines, quorum Archiepiscopo subiacet, ad Sarram modicum amnem in tertia Lugdunensi numeretur, sua quoque prouinciali Cathedra illustris.

*Pathera
fons &
conuentus.*

*Ornamenta & structura loci.
Caroli M.
statio.*

*P. Pirh. Carolus &
Rogino ad
varios annos.*

*Leonis Pa-
paaduen-
tuo
& Liborij
translatio.*

*Cenomannen-
ensis ciuitas
Sulgo
Le Mans,
vbi sita.*

Saluberrimorum fontium amœnitate incomparabili.

PATHERA.

FONTIS vtiq; huius rarum ingenium est, à quo veterum Scriptorum multiplici flexu Paderbrunnum, Paderbrunna, Patherbronna, & Paderborna, Ciuitas, nuncupatur.

*Pathera
nomen &
natura.*

Ante viginti annos inter socios familiæ nostræ ibi vixit Iosephus Mangoltus, vir Philosophiæ doctrinis excultus egregiè, quem meminimus, de Pathera Treuerim ad amicum dedisse litteras; eique hanc quæstionem tulisse, cuius peruestigatione neminem incolarum tunc iocabatur committere, vt sibi caput condoleret.

In vrbs huius medio mons est, seu potius collis, in quo & domus tunc Societatis, & primaria Basilica constructa, ex cuius montis radicibus tres fluuij erumpunt, latiores fere vestro Triclinio, qui intra mœnia adhuc coeutes, nauigabile flumen in tribus sat magnis efficiunt.

*vberrimas
scaturigines.*

Centena igitur aliquot plaustra aquæ, interdiu effluunt ex hac vrbe; nulla gutta influit. vnde ergo tam magna vrna, quæ aquam semper subministrat? Aliud accipe.

*Fons di-
uersi astu-
cium.*

Existit duobus hinc milliariibus in nemore fons tumultuarius, à nobis appellatus. Is postquam fluxit horæ circiter aut amplius spatium, quiescit horis fere tribus; inde velut resumptis viribus, iterato fluit: quod, vbi continuauit, iterum sese ad hauriendum, quod effundat, recolligit: idq; perpetuo in orbem facit, stasis fere horarum interuallis, vt oculis deprehendi. Tertium nunc accipe haud minus prodigiosum.

*Decursio
angularis.*

Fons hic dum fluit exonerat se in quendam alueum, qui aliundè, non procul tamè aquam defert; eamq; tam copiosam, vt plura molendina impetu circumagat. Sed aquæ huius regnum est admodum breue; nam vltra milliare V Vestphalicum non procurrit, quin ita absorbeat, vt eius vix guttam inde reperias. Nam hinc inde in ripa, voragine, terræq; magni hiatus existunt, per quos tanto fertur impetu sub terram, vt ad restinguendum inferorū flammæ, propere diceres. Reliqua, quæ gurgites hos euadit, guttatim in ipso sensim aluco ita consumitur, vt alibi talos tibi madefaciat, alibi in arena sicco insistas vestigio. Sic ille.

PATHERBRONNENSE TEM- PLVM.

*Templi
construtio
varia.
Metrop lib
1.6.18.*

*Leo papa
altare de-
dicat S.
Stephano.
Basilica
princeps B.
Marta di-
cata.
S. Liborius
& S. Kilia-
num patro-
ni.
Baturado
Episcopus
autur basi-
lica.
In magno
Chron.
Belg
Capella*

A NNO DCCXCIX. Leo Pontifex VIII. Idus Decembris, vt à Krantzio traditur, Paderbornensem Ecclesiã recens exstructã instauratamq; dedicauit. Acta Liboriana tantum in Ecclesia nouè constructa altare consecrassè meminerunt. Explicatius, opinor, hic noster, positus à Carolo principis Ecclesiæ fundamentis, scilicet ad aduentum primi Episcopi Hathumari sub annum Christi DCCXCV. at nondum ad culmen eductis, in Crypta ibidem nouiter, vt ait constructa, Leonem S. Stephano aram dicasse. Nam primariæ Basilicæ titulum iam inde ab origine, sibi sanctissima Dei mater Maria vindicauit, cui interuallo Tutelares accessere, Liborius, & Kilianus; hic, ob primæuæ inspectionis V Virceburgo pfectæ memoriã; ille ob reuerentiã corporis istuc è Gallia translati. Ceterum Baturado Episcopo alioqui basilicæ consummatæ decus tribui videtur; quã integram stetisse cum S. Liborij corpus illatum est, Translationis acta ab Idone presbytero omnium primo litteris mandata, testatur. Non prætereo Gobelini narratione; quã Krantziũ sequi haud piguit. Ecclesiã, quæ Patherbronnæ à Carolo pridem exstructa, ab incolis ipsis, licetia rebellionis, fuisse igne vastatã. Hinc Capellã tanquam

quam veteri busto subsiciam obtulisse Leoni consecrandā. Quē à Leone
dedicata
Geleypa. precibus hoc Regis lubentem, & alacrem dedisse, vt altare S Ste-
phani inclusis reliquijs ornatum, quas Roma exportarat, dedica-
ret, & ædem salutantibus in anniuersario, qui ad VIII. Iduum De-
cembris occurrat noxarum largas condonationes tribueret.

HATHVMARVS I^o. EPISCOPVS
Patherbronnensis.

PRÆPOSVIT HATHMARVM
Carolus M.

HATHMARVM vitiosè dixit Krantzius, & ex S. Burchardi disci-
plina Consentiunt prisca Saxonem, ex nobilium obsidum ge-
nere olim Herbipoli sepositum à Carolo, excultum disciplinis, & Hathuma-
rus Episc.
quis. religione inde accersitum ad huius Cathedræ surgentis governa-
cula. Valde immemor sui Krantzius hic extitit, cum in Saxonia Krantzj
error de S.
Liborio. sua de Carolo Magno scripsit, Padebornæ præfuisse S. Liborium, qui
tot retro annis, Valentiniāno, Gratiano, & Theodosio Augustis, Lib. 2. c. 16.
Cenomanis sedit Episcopus. Felicius ab eodem explicatum est,
quomodo e iusdem Regis beneficentia facti sint.

Saxones sacerdotibus tributarij.

Donasse namque Carolum Regalia Pontificibus, quod in-
telligeret populum infranem posse religione contineri, armis ve-
rò placati non posse. Hinc cum de VVidekindi Principis Saxo-
num successione, mirum obseruat in maiorum litteris silentium, Lib. 2. Sa-
xon c. 23.
c. 25
VVidekindi
& Saxonū
quies. causam hanc ipse subijcit, quia Saxones ea tempestate, regnante
post patrem Luduico pio, sub Christi religione mansuefacti, quie-
uerint, & omnis Prouincia Episcopis dispartita, religioni serui-
rit. Quam rem longè testatiorem facit ipsum Magni Caroli diplo-
ma, quod S. VVillehado Bremensi Episcopo dedit. Extat id apud Lib. 1. c. 10.
Gel. 9. Adamum eius Ecclesiæ probatum, & veterem scriptorem, vbi Ca-
rolus pfitetur, se Saxones bello victos, & ad baptismi gratiā, Deo
annuēte, perductos, pristinae libertati donasse; omniq; sibi debito
censu solutos, Caroli M.
de Saxonū
gente con-
stitutio. pro amore illius, qui victoriam ipsi contulerit (Deo) Tri-
butarios & subiugales deuotè addixisse, videlicet, vt qui potestatis Re-
giæ iugum hæctenus ferre detrectassent, victi iam & armis, & fide,
Domino & Saluatori nostro Iesu Christo, & Sacerdotibus eius, omni-
um suorum iumentorum, & fructuum totiusque culturae decimas persol-
uerent. Decimas
Saxones
Ecclesia.

III.

*Episcopo-
rum series.* PRÆCLARVM hoc membro chronologiæ, & successionis Episcopalis iactum fundamentum; in quo quia præiuit, in Metropoli sua Krantzius, & series ipsa euolutu perfacilis in tam certis temporum spatij Chronologiæ palestram non moueo.

*Metropol.
lib. 2. c. 15.* Tantum in Luithario discrimen obseruo, quem Krantzius ex Patherbronnensium annalibus, scribit præfuisse annis xxiii. at Meinverci laudator xxvi. Sed, probabile, ex ternario priores duas lineas, quæ in V. coalescere solent, apud Krantzius casu, diremptas esse.

IV.

MEINWERCI EPISCOPI PATRIA,
PROGENIES, EDUCATIO.

*Germania
magna. di.
Scythia.* GERMANIÆ diuisionem scriptor affert primo ad aspectu rei jci dignam, nisi eam interpretatione fulcias, aut mitiges. Accipit enim magnam illam, & trans Rhenum ingenti terrarum spatio porrectam. Eius extrema non mediterranea tantum loca, sed insulana, & maritima scriptoribus non antiquissimis Scythiam appellare mos fuit. Vnde veteris Saxoniar' limes in Scythicum pelagus vsq; delijisse narrant: & Vnni Bremensem Archiepiscopum, magna fama ad Sueones, Nordmannos, Danosq; religionis, & fidei propagandæ causa profectum, *Scythia populis predicasse, & ibidem apud Birkan oppidum in Scythia spiritum posuisse.* Adamus ex antiquis monumentis repetit. In inferioris Germaniæ recessu natale solū Meinverco dat Scriptor *Traiectensem diæcesin, & terminum.* Sed quam vellem distinctius hæc, & ex lege finium, accuratius descripsisset. Quis enim amplitudinem fundi Ultraiectensis Ecclesiæ nescit? Sed cum Meinverci acta diligentius introspicio, patriam certam ei fuisse conijcio, vnde heredia ferè paterna, & auitas opes promptit, & in Ecclesiam Patherbronnensem larga manu congescit. Hanc in Geldriæ, & Ultraiectensis Ecclesiæ finitima regione collocari video, qua Rhenus Ultraiectum petens * Rhenensium oppidum S. Cunera patrocinio clarum præterfluit, quo in loco domiciliū maiores habuisse apparet. Hinc quod terrarum trans alueum inter Rhenum, & Isalam Velue hodieq; vocant, quodq; Teisterbandiæ finibus non ita certis, vt Molanus colligit ex vita S. Svibertti, continetur, in hoc ampla patrimonia Meinvercus, & vestigalia possedit. Vnde factum arbitror, vt qui vetusta cum recentioribus parum consideratè componunt, Meinvercum faciant Vihingi Geldriæ Comitum filium, cum patre Comite prognatum constet illustri quidem ma-

*Einhardus
in Carolo
Adamus
in histor.
Brem. lib. 2.
c. 9.
Vnni Arch.
Brem. apo-
stolus in
sus Scy-
thia.
Lib. 1. c. 50.
si & seq.
Meinver-
ci patria.
Adi Ioan-
nem Bek-
num &
Wilhelmū
Hedam in
Ultraiect.
Episcop hist.
* Renes Ta-
cito Rhenē
S. Cunera
patrocinio
nobile.
Velue.
Indic SS.
Belg in
Sviberto
Chron Gel-
ria à Scri.*

dem maiorum stemmate, at non huius generis, vnde stirps Mengo-
fi, Wihingi, & aliorum Gelriæ Comitum deducitur. Nam in istum
priscè constitutum apud fines Ultraiecti comitatum Imado parè
ti Meinverci Theodoricus, atque deinde Baldricus vitricus cum
successissent; tandem, proscripto ob læsam maiestatem Baldrico,
Comitatus huius membra conuulsa distractaque fuisse, apparet.
Rectè etiam in Ultraiect. Episcoporum historia notauit Wilhelmus
Heda extra Hollandicū cumque Serum, olim Ultraiectensi Eccle-
siæ subiucuisse Comitatus vicinos, Velue, Tvvétiæ, Trentiæ, & Sa-
liæ. At in Teisterbandia clarè ostendit ex veterū monumentis, Bo-
melam extitisse, & Tielam, nunc Gelrijs oppida nota. Quibus om-
nibus in locis Meinverci maiores fortè patrimonia possederint.

Sane Meinverco obtrigit Regiū gen^o ex materno sanguine. At
hela matri nomen, Henrici Aucupis, aut Henrici huius filij Boiorū
Ducis, quando origo hæc non ita liquet, filia, vel sobrina. Nam Ot-
tonem tertium, & Henricum iuniorem Bauariæ Ducem, & inde
sanctum Imperatorem, disertè meminit autor vitæ, sanguine regio
contigisse. Vt facile ab Ottone Magno, vel huius patre Henrico
Aucupe, Meinverci maternam stirpem deriuēs. Vnde & in Poë-
mate veteri Scriptor, *Natum Saxonem* dixerit. Rem à se implicatam
tangit magni Chronici conditor *Meinvercum Monasterio SS. Petri
& Pauli in Paderborna multa prædia de paterna hereditate tam in diæce-
si Traiectensi, quam de Comitatu Teisterbant, & de Comitatu Radichen,**
*quæ ei ex diuisione facta cum quadam sorore sua (Athela) fundatrice an-
Nutrice Monialium in Elten obtigerant, contulisse liberaliter.*

Imadus aut Imedus

P A T E R M E I N W E R C I .

IN Imado Scriptor meminit, *Tanta nobilitatis lineam* fuisse curæ,
propagari. Huius lineæ deprehendere iucundum fuit quædam ve-
stigia. Vniuersè Saxonicarū Orig. lib. IV. celebratur Immedus Wal-
berti Ducis Saxonie filius, quarto loco natus; qui & Ottonis Ma-
gni propinquus extitit. Nam frater fuisse traditur Theodorici, cu-
ius soror Mathildis Henrico Aucupi connubio iuncta fuit. Ad hūc
Imedū, originem, referunt, illustris Allobrogum, & Sabaudie Co-
mitum Ducumque pro sapia; in qua huius nominis ad XIII. Dyna-
stæ, qui litterarum metathesi ex Immedis, & Imadis dicti sunt A-
medei, Gebennæ, & Lacus Lemani olim Domini. Ex hoc igitur I-
mado, nomen, &, vt conijcio sanguinem habemus Meinverci,
& Theodorici fratris; sicut & Imadi Patherbronnensis Episcopi
hic num. LII. Verū *Witichindi* locus Añali tertio expressus, ppius
nos ad stirpē hanc deducit, cum Meinverci vicinos progenitores
cele-

*verio
editum.*

*Comitatus
Imadi in
limite Ul-
traiecti.*

In Hungero

*Comitatus
diferſi Ec-
clesia Ul-
traiectensi
subiecti.
Teisterban-
dia Comi-
tatus.*

*Meinver-
ci progeni-
es regia.
Athela
mater.*

**Radi-
chen.*

*Imedus
Saxonie
Duce na-
tus.*

*Sabaudia
dynasta-
rum Pater
XIII. Ame-
dei vel I-
madi Sab-
audia.*

*Immedi
Principales
Siri apud
Ottonem
Magnum.*

celebrare videtur in eo bello, quod Otto Magnus, contra filij Lutulphi Archiepiscopi Moguntini factionem gessit. Nam redijisse, ait, in Saxoniam, amissis duobus Principalibus viris, Immedo, & Meinwerc, quorum uterque ictu sagitta perierat, alter Magontia; alter expeditione Bauarica. Coronidem addit Adamus, qui Immedingorū nobilissimæ stirpis in Vuvvano meminit; vnde ille progenitus Meinwerc Paderebornæ adhæsit.

Immedin-
gorū stirps.
Vuvvano
Asch.
Brem ex
Immedin-
gū.

MEINWERCVS IN ECCLESIA B.

STEPHANI HALVERSTAD.

à parentibus oblatus.

CETERVM Meinwercus, vt à teneris formaretur ad institutum vitæ, quam in Clericorum ordine parentes eum suscipere voluerunt, duobus in Collegijs, vbi florentissima tunc ingenijs, & artium cultura extitere gymnasia, vitam egit; Haluerstadij, vbi elementorum rude tyrocinium posuit; Hildeneshemij, vbi præstantiorum artium, & doctrinarum fructum decerpfit. Seminaria cultiores huius disciplinæ Galliæ deberi maiores voluerunt. cum Halberstadiensis Cleri gymnasium Catalauno, Hildegrimo procurante, Hildeneshemensis accersito Remis Gunthero, & ex Aulicensi Ecclesia Hildeneshemium translato, coaluisse tradunt. Et Albericus disertè, *Hildeneshemensis Ecclesiæ primum conuentum venisse, ait, à Remensi Ecclesia Halberstadensem à Catalaunia.*

Gymnasia
Halbersta-
diense &
Hildes-
hem.
Illud Cata-
launo, hoc
Rhemis ac-
cersitum.
Krantz.
lib. 1. Me-
trop. c. 10.
& Annales
M. 55.
In magno
Chron.
Belg ad
an. 795.

V.

HENRICO DVCE BAIORIÆ regnum inuadente.

Henricorū
Bauaria
Ducum
stirps inue-
stigata.
Dietmar.
Abbas
Vrsperg.
Henricus
senior pa-
ter Henrici
sancti.

HENRICVS hic, alijs Hezelo, pater Henrici Claudi sanctimo-
nia præstantis, extitisse dicitur. At, si non fallit scriptor, qui est
in manibus, alium quoque Henricum genealogiæ huic asseramus
oportet, puta filium Ottonis Bauariæ Ducis, qui nepos fuit magni
Ottonis ex Ludulpho Sueviæ Duce, & pater Gregorij V. Papæ.

Porro Henricus dictus senior, Bauariæ ducatu semel exutus,
iterum post mortem Arnoldi, & Bertholdi Ducum fratrum, Boi-
cum principatum adeptus est; eumque ad filium Henricum san-
ctum transmisit. Nec adhuc assentiui possum Crantzio, vel stem-
mati Dietmariano, cum tres huius nominis Duces in recta pro-
fipiæ lineâ procedunt.

Saxon.
lib. 4. c. 21.

Quippe ad Ottonis II. excessum, suffragia tulisse, ait Crant-
zius,

zius *Henricum* *Bauariae Ducem, itidem de sanguine Saxonum fratre Ottonis Henrico* natum, cuius etiam filius (*Henricus sanctus*) insequutus sit *Ottonem Tertium*.

Equidem obscuram alias huius genealogiae Notitiam, quibus possum vestigijs adhuc indago.

Otho Dux Saxoniae.

Rex *Henricus Auceps*.

cuius filij.

Otho magnus. *Henricus* *Boariae dux*. Bruno Arch. Colon.

huius filij.

filius

Ludolphus dux *Sueviae*. Otho II. *Henricus Imp. Sanctus*.

Otho dux *Bauariae*. Otho III. Ita S. *Godehardi* *Scriptor, c. 1. & 4.*

Henricus F. D. B.

Ita *Meinverci* *Scriptor*.

Alijs *Henricus* *Minor* interijcitur, ceu is parens extiterit *Henrici* *Imp.* sed *scriptor* citatus difertè *Henricum* *patrem* S. *Henrici*, ait fuisse *patruelem* *Ottonis* II. qui illum *ducatu* exiit, & *fratrem* *magni* *Ottonis*; eumq; appellat *Henricum* *priorem*, puta *comparatione* *filij*. Atq; ita *Henrici* *Baioariae* *duces* *appendendi*.

I. *Henricus* *Aucupis* *filius*. II. *Othonis* *Ducis* *ex* *vita* *Meinverci* *F. III.* *Henricus* *Claudus*. IV. *Henricus* *S.* *Cunegundae* *frater*. Sed *Henricus* *Othonis* *ducis* *filius*, cum non alia nota, quam *affectati* *regni* *insigniatur*, *probabilius* *est* *confundi*, cum *Henrico* *priore*, qui *fratris* *Ottonis*, & *patruelis* *sui* *sceptris* *insidiatus* *est*, cuius *te* *meritis*, eum post *pœnituisse* *Ditmarus* *non* *tacuit*. qua *sententia* *alibi* *Crantzius* *de* *Henrico* *sancto* *scribit*, *eum* *fuisse* *Ottonis* *primi* *ex* *fratre* *Henrico* *nepotem*. Et licet *Hermanni* *Contracti* *exemplaria* *quædam* *ad* *annum* *Christi* *DCCCXCV.* *Henricum* *patrem* *Henrici* *sancti* *preferant* *filium* *fuisse* *ducis* *Henrici*, id *acceperim* *equidem* *potius* *de* *Henrico* *Aucupe*, qui & *Dux*, & *Rex* *fuit*. Nam quod *Hermanni* *Chronicon* *posterius* & *emendatius* *Henricus* *Canisius* *edit*, huius *omnino* *non* *meminit*, sed *id* *modo* *istic* *legitur*.

Henricus *Dux* *Baioariae* *obijt*, & *filius* *eius*, *ex* *Gisela* *Conradi* *Regis* *Burgundiae* *filia*, *itidem* *Henricus* *Imperator* *postea* *futurus*, *ducatum* *interim* *obtinuit*.

Henricum
pater *S.*

Henrici *patris* *Ottonis* *secundis*

potius
quam *patruelis*.

Duces *Baioariae* *IV.*
nomine

Henrici.

Henricus
prior *Vel*
senior, *Ottonis* *M.*

frater *est*.

Chron *li* *4.*
Sax *lib* *4.*

c. *27.*

Henrici
Aucupis *F.*

Tom *1.* *an*
sig *lib*.

VI.

MEINWERCVS Regius Capellanus.

JNOLITVM vitiosa consuetudine *scriptor* *vitz* *S.* *Ottonis* *Baben-* *Apud* *Suo-*
bergensis *Episcopi* *non* *dissimulauit*, *venisse* *in* *seram* *quoq;* *æta-* *rium* *Tom.*
tem; *vt* *cum* *Ecclesiarum* *Inuestituræ* *penes* *Cæsares* *essent*, *quoties* *4.*
Episcopus *aliquis* *decessisset* *è* *vita*, *Ecclesia*, *cui* *præfuisset*, *pedum*,

Bbbb

& an-

Capellano-
rum, Pa-
latinorum
& nobilium
ambitio.

Ministeria
moderatio.

Adi. S.
Burchardi
vitam de
Francone
Epis. Wor-
mariensi S.
Annonii
Colon. &
aliorum
passim.
Capellani
qui digni-
tates pre-
uerunt.

& annulum ad Imperatorem transmitteret, ab eius aula petens sibi dari Episcopū. Hinc multos nobiles, & præstantes viros, cognatos & filios Principum, Imperatoris aulam sequutos, Capellanorū ei ministerium exhibentes, spe alicuius Episcopatus obtinēdi. Quod πολιτευμα, vt ne ad Meinvercū & consimiles ei transeat, & ne Iudicij præiudicia fiant, cauendum est certè; nam; cum arma Martiales à Musarum castris alienissimi homines tractarēt hoc tempore, vt religio ac litteræ ab ijs essent longè, viros Palatio enutriti sacrum, ciuiliūq; rerum callentes, publica res suadebat. His domestica, & Palatinam militiam, his Cancellorum decus, & Principum arcana, & Responsorum sapientiam, deniq; admissionum, & inductionum officia, vtpote quibuscum à pueris religio & disciplina in Monasteriis, & Collegiorum Cœnobiis adoleuisset, Principes tutissimè credebant. Atq; in hoc genere liceat commemorare non paucos, qui oblata sacerdotia fortius repudiarent, quam alii ambuisse visi sunt, vt exemplis Sanctorum Hereberti Colonienfis, Godehardi Hildeneshemensis, Ottonis Babebergensis Episcoporum, & aliorum plurimis docere, sit facile.

VIII. IX.

Incendium PATHERBRONNÆ.

Tempus &
annus In-
cendij.

Rhetardus
Epis. Romæ
instaurat
privilegia
Ecclesie
sua.

INCENDIUM Patherbronnense ad annum Christi DCCCXCIX referendum esse, tribus è locis manifeste colligitur. nam primò, omnes notæ numerales, quas autor Millenario affixit, cadunt in annum antecedentem. Hinc, quando Ottonem ipso anno in Slauiam, siue Poloniam profectum scribit, ab eodem anno, què diximus, non recedit. Deniq; anno ineunte millesimo, proficitur Rhetardum Episcopum Romæ impetrasse restorationem priuilegiorum, quæ flammæ vis aboleuerat, ijs Kalendis Ianuarii, Indictione XIV. quæ scilicet superioris anni in Mense Septembri inchoata currebat. Et, quia Incendium hoc Indictioni tribuit XIII. anni tamen DCCCXCIX. cui affixa alioqui est Indictio XII. profus statuendum, cladem illam anno desinenti, & Autumnno assignandam, postquam nimirum Indictio XIII. currere cœpit.

Imp. Otto S. Adelbertum Martyrem Gnesnæ
colit.

Petrus da-
manus in
Romualdo
& hic.
Ottonis iter

OTTONIS iter in Slauiam, hoc nomine tunc Poloniam notabāt, describit in Chronico suo Ditmarus, memorabilem ab eo religionis cultum S. Athelberto impensum laudans, Hieme autem susceptum

susceptum hoc iter reditus ostendit. Nam Palmarum solennia
 Magdeburgi, Paschalia Quidelinburgi, celebrauit. Hinc cum
 Archidiacono Romanæ Sedis, Aquisgrani frequenti procerum,
 senatu loquutus in Italiam abiit. Ceterum Ottonis acta Polonica,
 ex recentioribus diligenter exequitur Martinus Cromerus, qui
 anno Christi nongentesimo nonagesimo septimo, XXI. Aprilis S.
 Athelbertum alias appellatum Voicechum à gente barbara Pruf-
 forum, cum veneranda mysteria perageret, prope oppidum sinus
 Venedici siue Sarmatici, quod Tifshaufum Germani postea dixê-
 re, martyrio affectum memorat. Gnesna digresso, Rarimum, siue
 Gaudentium, quem in loco fratris habebat successisse vult, quem
 Synodi decreto, cuius hic mentio, laudatum interpreteris, in hac
 nouæ diœcesis erectione, cuius dubium tamen ius facit Baronius.

in Poloniâ.

Lib 9 de re-
bus Polon.S. Adalber-
ti marty-
rii in
Prussia.Gaudentio
us succes-
sor.

A Prucis martyrizatus.

HAc scriptura in ijs, quos tam Pruflos, & Prutenos appellamus,
 vsi sunt veteres. Marianus Scotus Abbas Vrspergensis. Sem-
 landiam Adamus celebrat illorum Insulam, Ruzis & Polonis fini-
 timam. Hanc, inquit *inhabitans Semb vel Pruci, homines humanis*
fini, qui obuiam tendunt ad auxiliandum ijs, qui in mari periclitantur,
vel à piratis infestantur. Apud illos illustris Boemorum Episcopus Adalber-
tus martyrio est coronatus. Usque hodie profecto inter illos, cum omnia
communia sint nostris, solus accessus prohibetur lucorum, & fontium, quos
autumant Christianorum pollui, accessu.

Adam lib.
& in Dania
descrip.Semlandia
Prusorum
Insula.Incla hu-
mani.Christianos
fontium &
lucis arcet.

X. & XI.

OTTHONIS III. MORS ET HEN- RICI SANCTI SVCCESIO.

MORTEM Othonis, probatiores in annum MII. reijciunt inter
 quos Ditmarum, Marianum, & Lambertum sequens, vt ap-
 paret Baronius: nam apud Paternum defunctus in Ianuario, sepul-
 tus est Aquisgrani, Paschæ tempore. Hinc partium varia studia
 crebrique conuentus tota Germania super Electione noui Princi-
 pis, de quibus præ aliis Ditmarus Chronici libro quarto, & initio
 quinti; traditque Marianus M. Henricum tandem inauguratum
 die Dominica VII. Idus Iunii, vt obseruauit Ægidius Buche-
 rius Societatis nostræ diligens temporum
 inuestigator.

Annus
mors.S. Henricus
quando ce-
perit re-
gnare.Ad Tom. 1.
Gestor Le-
od Episc.

*Thuris.
gisEKKIARDUS MARCHIO,* PA-
lithi interfectus.

Lib. 6. & 7.
Benedicti
Papa VIII.
aduentus
in Saxonia.
lib. 5. Chrö.
Abbaria
Palithi.
Ekkihar-
dus regni
affectans.
A. S. Ber-
uardo
Hildeshemij
susceptus.
A. Rethario
Paderbor-
na.
Interfici-
tur a Sige-
frido Co-
mite.
Palithi, al'
Poleda Cur-
tis Regia.
Chron. Epi-
Mind.

Palithi & Palthi Ditmaro memoratus in Saxonia locus, in quo Benedictus VIII. Roma pulsus, postea Regem Henricum conuenit. Illustrem fuisse Abbariā inibi conditā oportune Ditmarus in illa narratione meminit, qua præsentem de Ekkihardi Marchionis interitu historiam non ita obuiam illustrat. In qua sane non pauca sunt, quæ huic nostro instituto seruiunt. Nam Ekkihardus ceu non obscure regnum haberet, cum Bernvardo Antistite Hildeneshemium ingressus, ibi ceu Rex susceptus, & honorificè cultus est. Deinde ad Patherbrunnā pergens claufas inuenit portas, at inssu tandem venerabilis Præsulis Retharij, loquor cum Ditmaro, intramissus, primo Ecclesiam orationis causa intrat, postque ad domum, uti Episcopus cœnabat veniens, benignè exceptus est. Hinc, ubi Rethario consilia sua displicere cognouit, obseruatus à Coniuratorum manu apud Palithi à Sigefrido Northemij Comite hasta prostratus XI. Kalend. Maij oppetijt, parentante ei Alffkero eiusdem loci Abbate. Adelboldus tamen in geltis rebus S. Henrici, Poledam hunc locum appellauit, & curtem Regiam, in qua Ekehardus Marchio Thoringiæ strenuè dimicans, interfectus est. Extat & Priuilegium Engilberto Mindenſi Episcopo ab Henrico IV. datum. Polide anno MLIX.

XII.

S. CVNEGVNDIS PATHERBRVN-
na coronata.

Mersebur-
gi S. Henri-
cus Rex ap-
probatus a
Saxonibus.
Rether.
Epif. Pa-
therborn.
Gruona S.
Kunegun-
di Regi oc-
currit.
Paderbor-
na seditio
in Regina
Coronatio
ne.

IDgestum anno MII. quo Saxonix totius proceres apud Merseburgum, datis dextris Henricum Regem collaudarunt, in quibus Adelboldo teste, fuit etiam Ratherius Patherbornensis Episcopus. Hinc oppido Gruonæ in finibus Hildeneshemensis ditio- nis Regis vxor occurrit, quæ Regis comitatu procerumque dedu- cta Patherbornam. Quæ autem in ipsa Reginæ consecratione, ceu sereno tempestas interuenerit, coortis in arma mutua Ba- uaris & Saxonibus, Adelboldus, quem dixi in actis Hen- rici Imp. prolixius exequitur.

XV. DO.

XV.

Donationes quæ Paterbrunnensi Ecclesiæ respectu incendij obuenerunt.

EAs cum plurimas deinceps Scriptor enumerabit. Liberalem hanc pietatem lib. vi. Chron. commendat Ditmarus. *In Paterbrunno Monasterium, & omnis eius apparatus flamma nostra iniquitatis ultrix consumens multorum corda fidelium commouit, quæ amor diuina remunerationis adhuc renouanda communiter accendit.*

XVI.

Sumpta Chirotheca.

AD ritum Inuestituræ præcæ, per añuli & baculi traditionem, malo more à Regibus in Sacerdotiorum distributione quam pridem usurpatum, accedat & vsus Chirothecæ non sine imminutione præsci moris, à pio Rege sumptus, *Inuestitura Episcopalis ritum.*

XX.

Ansfridus venerabilis Traiectensis Episcopus.

HVIVS præclara memoria extat in Chronicis Antistitum eius Ecclesiæ. Genus & patrimonij fundus in Comitatu ponitur Bratuspantium, & Teisterbantia apud Tielam Wahali flumini adiacens Gelriæ oppidum. Imperasse quoque dicitur lætissimæ pascuis Insulæ, * quæ ab oppido Bomela nomen habet. Quod hic à nobis annotatum, vt hinc verus Teisterbandiæ situs, cuius hic crebra mentio, certius exploretur. Quanquam & Teisterbanti Comitatus illustris extet memoria in sortitione liberorum Luduici Pii, cum eos herciscundi regni controuersia tenuit. *In magno Chron Belg. Teisterbantia. * Bomela-Verda. Apud Nisbardum & aduotium.*

XXI.

HELMWARDESHUSEN, vel
Helmyvershusen.

PADERBORNENSIS Inspectionis, & dioecesis ordinis S. Benedicti clarum Monasterium, quod in Meinwerce & aliorum Episcoporum potestate fuit. Hinc Imperialibus annumeratum versus Orientem in finibus dioecesis prope abest à Visurgi flumine & territorio *Abbatia Helmyvershusen.*

SS. Treuerensium Reliquia. ritorio Brunsvicensi, à quo iam captivum tenetur. Translate huc olim Brunone Treuerorum Archiepiscopo S. Autoris à Thietmaro Abbate, ac aliorum SS. præstantes reliquæ.

XXII.

Lubentius Bremensis Archiepiscopus.

Parva
Brem
Archiepi-
scopus.

Annal Ba-

ron. ad an.

1012 Livi-

Zonis, ad

seq. Luben-

ty mors

tanquam

diversorū

ponitur.

S. Henricus

Pascha cū

Meinver-

co cele-

brat.

V. Swannus

è Vadebor-

mensi clero.

Lsb 2 Ec-

cles histor.

e 33.

Immedin-

gorum stir-

pe natus.

Adam c 35.

V. Swannus

munificen-

tia reges flo-

dit.

In Calu-

arniam He-

ret. auari-

tiam sacer-

doribus ob-

ijcientium.

Septentrio-

nalium cō-

uefio.

Henrici

sancti in t-

taliam iter

coruptio.

Ec.

Meinver-

ci iter.

DE ipso & successore Vnvano prolixè Adamus & edita Bremē-
sium Archiepiscoporum historia. Etiam Ditmarus, qui Liui-
zonem appellat, pium eius discessum lib. VI. Chron. enarrat; addit-
que illo anno, quo obiit, Henricum regem Paschale festum cū Mein-
verco sibi admodum familiari in Patebrun digna veneratione peregrisse.
fuit autem annus is nostræ salutis MXIII. Inde & elucescit, quem-
admodum, faciente Meinverco, Vnvanus ad Bremensem Ca-
thedram peruenit, quem Adamus de Choro Padarburnensi assum-
ptum ait; ortumq; eadem cum Meinverco Immedingorum nobilissima
stirpe, qui cum parem generi & magnitudini animi sedem nactus es-
set, tantam munificentiam gentibus Hyperboreis ad fidem Chri-
stianam flectendis exhibuerit, vt ex Thesauro Ecclesiæ suæ diu sol-
liciteque collecto ferocissimos Aquilonis reges hilaritate munerum
suorum, ad omnia, quæ voluit benignos, obediētesque habuerit. Abeant
ergo ætatis huius iniquissimi reprehensores, Zoili; & sugillare desi-
nant Pontificum auaritiā, cum Principes maiores Dominosque
suos tanquam ære & libra ab Ecclesia coemptos, & nouo adoptio-
nis genere non per armorum, vel hastæ traditionem, vel per comæ,
aut capillorum incisionem, sed munerum largitione, ceu diuūm
hominumque efficaci blandimento, meminerint edomitos, & sub
Christi tandem iugum missos.

XXIV.

THEODORICUS Monasteriensis Suitgeri Successor. Ditmarus li. 7. Chrō.
vnde hæc tota narratio. Huius successor, inquit, Thiedricus mater-
tera meimet filius.

XXV. & seq.

Proximo anno.

VITVR Prochronismo. Nam expeditio hæc Italica in autu-
mno eiusdem anni MXIII. suscepta. Sequenti Henricus in vr-
be creatus est Imperator; & Meinvercus ibi præfens priuile-
gium, & Sanctorum exuias à Benedicto VIII.
retulit.

XXX.

Cluniacum Henricus Imp. cum Meinverco adiit.

AD verbum huc nonnulla transcripta ex cap. XXVI. vitæ S. Hærici à R. P. Gretzero nostro cum Diuis Bambergensibus edita. Quam vero Coronam auream, ex S. Odilonis vita Baronius repetit Odiloni missam hic animaduertis ab ipso Imperatore inter diuina Mysteria Cluniacensi Congregationi oblatam. Sed quod ex Krantzio ibidem refertur, de Monachis Cluniaco ab Henrico Imperatore Patherbronnâ abductis, id duplici mendo vitiosum, Primo, quia Meinverco Episcopo vetus Scriptor, quem Krätzius sequitur, Monachorum deductionem attribuit, non Imperatori Henrico. Iterum, quia ex vita S. Cunegundis quæ illic de monasterio condito, templisque narrantur, Paderbornæ haud rectè accommodata sunt; cum eorum nihil in hac Meinverci opera conueniat, sed earum Ecclesiarum tituli hodieque Bambergæ extent, Paderbornensium omnino dissimiles.

Ad an.
1014.
Corona au-
rea Clunia-
ci ab Hen-
rico obla-
ta.
Ad an. 1015.
Baron.
Krantz.
Metrop. lib.
4 c 4.
Monachi à
Meinverco
non ab
Henrico
deducti
Cluniaci.

XXXI.

ANNO MXV. XVII. Kalend. Octobris dedicata noua Basilica Patherbronnensis à Meinverco exstructa. Eodem anno bellum contra Boleslaum Poloniae ducem gestum, obstitit, quo minus Imperator dedicationi interesset, cum iam ante apud Immaleshausen Henricus, cum Antistite Meinverco solennem Pentecosten exegisset teste Dietmaro; qui & Othelrici Prouisoris siue Ducis Bohemiae, eiusque defectionis meminit. Sed hac hieme, item Henricum scribit Dietmarus *Natalem Domini in Patherbrunn festiuis peregisse gaudijs*, vt quod Dedicationi non tribuerat, natalitij Christi ferijs compensaret.

Dedicatio
noui Tem-
pli Pader-
born.
Polonica
expeditio.
Imp cum
Meinverco
in Im-
malishaus-
sen Pentecosten
celebrat.
Lib. 7.
Chron.
Imp natalem
Domini Pa-
derborna colit.

XXXIV.

Vplage urbe munitissima & multa nefaria dictu.

DITMARVS Chron. lib. 7. Balderici Comitis flagitiosa dedecora, quæ parricidium hoc insequuta, prosequi videtur; narratque militaribus Sacramentis obnoxium fuisse Heriberto Colonensi Archiepiscopo, vxorem, tacito nomine, alteram dicit ei Herodiam fuisse. Eius fraude VVigmannum Comitem item perijisse;

Baldericus
Comitis an-
tistite
Meinverci.
Vxor alte-
ra Herodias.

guius

Vpplan vel Vplage vrbs emer- ja. cuius vltor Bernardus Saxonix dux, Baldericum vrbi Vpplan quæ hic Vplage obsedit. *Sed ad Cesaris aduentum Vrbs Vpplan, ait Ditmarus, omnino destruitur.*

XXXVII.

Grando & fulmina. CHRONICO Lamberti ad annum MXVI. Grando magna fuit, & multi fulmine exusti sunt. Meminit eiusdem Ditmarus.

ECCLESIAS. VITI IN ELTENE.

NOBILE monasterium id notari hic putamus, quod regione Cliuensi haud procul Embrica ciuitate in editi montis iugo ab illustribus profapix Abbatissa teneri solet.

ECCLESIA VICINA RENE CONSTRUCTA
in honore S. Cunera.

S. Cunera. Rhenense oppidum.

DE S. Cunera & oppido Rhenensi, consule Molanum in Indiculo Sanctorum Belgij. Celebris memoriae apud eius tractus populos martyrium est Hunerae LXXI. millium Virginum Sodalitio.

XL.

INTERITVS VITRICI ET MATRIS.

VIDE num dira imprecatio à Ditmaro, hic vsurpata, in tragicum hunc exitum aptè cadat. *Omnia maledictio quam sibi B. Iob imprecatus est, huic talem promerenti, eueniat.*

XLI.

Poppo Treuirensis & Danorum.

NARRATIO huius incisi de Popponis Treuirensis Archiepiscopi celeberrimi successione, ex Gestorum quæ vocant Treuirensium libro ad verbum transcripta.

S. Simeon Monachus.

Simeonis Monachi Siculi, vita extat apud Surium. De eo & Poppone Treuirensi, quem non vno loco Ditmarus extollit, vt & de vulgato errore, qui hunc sanctum facit, & cum Poppone Slesvicensi Episcopo confundit, nos alibi ex instituto. Iam vnum id repeto, Popponem Danorum Apostolum in Adami historia celebrari; vbi & hæc impunè tractati ferri, & ignium victoriæ illustris narratio disertè ab illo perscribitur lib. II. histor. c. XXXV. Et quia ab Adaldago Bremenfi Archiepiscopo ordinatus Slesvici, non vt in

Poppo Treuirensis Archiepiscopus dicitur à Poppone Danorum Apostolo.

Dania

Dania sua Krantzius scribit Arusij Episcopus, ad Ericum Danie Regem legatus, à Cæsare, & Archiepiscopo missus est, liquido constat, ætate longè quidem fuisse ante Popponem Trenericū, cum Adaldagus ante Christi annum DCCCCXXXVIII. humana reliquerit.

XLIII.

Ipsa quoque anno.

EXprimendus cum Ditmaro MXVII. Quod autem ad Merse-
burgensis Ecclesiæ restitutionem, illam quidem Henricus ad
annum M. V. inchoarat; hoc autem anno, præsentem Meinverco,
& alijs Episcopis Magdeburgi eidem institit largitioni; quam re-
uersus ab expeditione etiam cumulauit, Pentecosten inde Wer-
thine ad Roram, Abbate Heithenrico, religiosè peregit. Inde co-
pijs iam in vnum cōtractis, & feruente belli apparatu Imperatricè
Cunigundam ad se Patherbronnam venire iussit.

Corbeia, dicta noua.

AD discrimen veteris, haud longe Ambianis ad ripam Somonæ
fluuij, vnde hæc deducta, de qua cum alijs sæpè Krantzius Me-
tropolis lib. 1. c. 24. & in Saxonia lib. 2. c. 25. Adi tamen vitam S. A-
delhardi Tom. 1. Surijs ad 2. Ianuarij. Legebam in peruetusto M. S.
Chronico ad annum DCCCXXII. *Inchoatio Monasterij nouæ Cor-
beia, per S. Adelhardum antiquæ Corbeia in Francia Abbatem.* Septi-
mo Tom. Suriano ad xv. Iunij ex Scriptore coætaneo S. Viti trans-
latio describitur, quæ fauente Hilduino Parisiensi Abbate, à Wa-
rino facta Præfule Corbeiensi, anno Christi DCCCXXXVI. cuius
& Sigebertus, in anno præcedente meminit. Non premo versus,
etsi nec antiquos & male tornatos vtiliter tamen descriptos ex-
crypta Corbeiensis Ecclesiæ ob singulare argumentum boni omi-
nis; cuius & witichindus Corbeiensis in Ottonis historia memi-
nit, translati nimirum à Francis in Germanos Imperij.

*Felix Vestphalia gaudet de pignore nata
Viti dotata, quæ dat sibi Francia grata.
Abbas Varinus regali semine primus
Francorum natus, Viti venerabile corpus
Transtulit à Francis Corbeiam ceu paret in istis.
Extunc translatum est à te Francia, sacrum
Imperium Domini, de quo gaudent Alemanni.*

*Ditmaro
lib. 7. Chrō.
Mersebur-
gensis Ec-
clesiæ resti-
tutio facta
ab Henrico
Imp.
Meinverco-
sus adest.
Werthine.
vel Ver-
dena Mo-
nast ad Ro-
ram Sbi S.
Ludgerus.
S. Cunigun-
dis Pade-
bornam
accedit.
Corbeia
veteris Ab-
batia apud
Ambianos.
Origo no-
ua in Sa-
xonia.
S. Viti in
eam trans-
latio.*

*Translati
imperij
omne.*

SS Viti, Iu-
stini, Mer-
curij pi-
gnora.

Geroldus
M. Caroli
senfanguis
uena.

Neque Lectorem ignorare velim triam ibidem Martyrum illu-
strium extare conditoria, Viti, Iustini, Mercurij, quorum beati cine-
res hærent altari principij, in medio Vitus Ecclesiæ patronus: Iusti-
nus ad cornu Euangelij; ad Epistolæ Mercurij. Et quia hic inciso
XLVII. Scriptor vitæ Meinverci Geroldi meminit Caroli ma-
gni confanguinei, cuius vel oratorium, vel monumentum ibi reli-
ctum sit, adscribam Epigramma illustris viri, quod in saxo cryptæ
Ecclesiæ Corbeiensis post summam aram ad parietem dextero-
rem oblitescens, mecum communicavit idem qui superiores ver-
sus, ex eadem crypta eruerat R. P. Ioannes Roberti tunc Pather-
bornensis Collegij Rector.

Inclitus est istic positus lenita Geroldus

Quondam regali clarus in obsequio.

Sed seruire Deo malens hic quicquid habebat,

Secum presenti contulit Ecclesiæ.

Cuius doctrinis gaudet, donisque refulget.

Pro quo Christe iugem confer ei requiem, &c.

Abbate VValdeposito.

Lit. 7. fol.
2. d.
VValonis
abdicatione.

* prius:
Druchtme-
ri substitu-
tio ex La-
rissa.
Ludolphus
Corbeia
Abbas.

REM gestam metachronismo & histerologia turbat. Hæc enim
VValonis abdicatione refertur à Ditmaro ad annū Christi MXV.
quem audire interest. In vigilia Pentecostes Imperator ad Immaleshu-
sen venit; illic cum Antistite Meinverco hanc sanctam festiue ducens
solemnitatem. Illic VVal Corbeiensis Abbas * prius ab cura suspensus
deponitur: & vnus ex Larissensium monasterio Druchtmer sine fratrum
consensu prædictorum assignatur. Quo ad sedem suam in hac venienti he-
bdomada omnis Congregatio, exceptis VIII. flens abiit, vt Ludolphus
(Corbeia) Abbas prædixit, & locum hunc pene vacuum non sponte re-
liquit.

XLV.

Carnibus cognatum adipem Ecclesia monachis indulset.

Sagimen
pro oleo in
necessitate
Cluniacen-
ses vsur-
parunt.
C. Presby-
ter expla-
natur.
* sanguinis

DE lardo & sagimine Canonistæ, & qui de Officio scribunt. Hen-
ricus noster, ob penuriam olei, sagimen adhibere, vbi mos id
suscepit, ait non esse damnandum lib. 7. de Indulg. c. 13. Ostiensis in-
summa de obser. leitm. morem hunc Monachis Cluniacensibus tri-
buit, ex quorum familia Patherbronnenses. Quod verò morem
hunc ab Ecclesia Synodo quapiam adprobarum scribit, haud facile
iam explico. Laudari solet Caput Presbyter, in quo vini & * sagimi-

nis, ouorum, & casei vsus pœnitenti indulgetur. Id Caput, quia Glossa meminit, ex Gangrensi Concilio depromptum, forte hanc ob causam vsus sagiminis eadem hinc opera censetur stabiliri. Ad nostrum Serarium ad 142. Epistolarum S. Bonifacij. & Azorium Instit. Tom. 1. lib. 7. c. 21. q. 8. qui hinc Cistercienses eximit, quorum in hoc genere lepida quædam euenta commemorat Cæsarius lib. 6. de simplicitate cap. 3. & 4.

XLVIII.

S. Alexij Cappella.

HANC prope Abdinghoffensis noui Monasterij septa posuit Meinvercus; & eidem Monasterio eius regimen tradidisse scribitur. Verum cum mœnia vrbis, & portæ non loco, quo solent iam visantur, dilatao scilicet pomærio ciuitatis, Sacellum hoc excidisse putant.

Superesse non videtur mutato pomærio ciuitatis.

S. Bartholomæi oratorium.

ID Collegio Societatis templum fuit assignatum, cum vicino domicilio, antequam eas in sedes, quas iam colit, immigraret. Seruitiam D. Virgini annuntiatæ Sodalitio. Nec Græcanici operis specimē aliud præ se fert, quam quod fornice laqueatum, ternis vtrisque columnis sustentetur, longitudine colligens XLVII. latitudine XXX. pedes. At vicinum sanctæ Dei Genitricis Sacellum Geroldi, vetustate collapsum est.

Græcanicè operis.

Geroldi sacellum s. Dei Genitricis excidit.

*S. Galli Ecclesia exstructa.**Populo de Sudburgnon.*

ALIAS Burgnon. Pagus vrbi ad meridiem obiacet, quæ cœli pagina Septentrionalibus *Suid* appellatur. Monstratur ibi haud longè ab templo, quod in veteris locum successit, area, quæ à S. Gallo incolis dicitur *Gallkirche*, vbi V. Volfgangus, quisquis ille beatæ memoriæ lapideam Ecclesiam exstruxerat. Noua, quæ deinde constructa patrocinium habet S. Michaelis Archangeli.

Ecclesiæ veteris vestigium in voce Gallkirche.

XLIX. & L.

In Heruordia Basilicam S. Mariæ.

HVIUS Basilicæ originem Krantzius ad V. Videkindi Saxonum Principis munificentiam transfert. Nam Angariorum veterū, sedes, quæ versus orientem ad Visurgin pertinent, cū is Caroli permissu insideret: aiunt, prope Heruordiam vico Engern templum

Saxon. lib. 2. c. 24. Da Chyr. Saxon lib. 3 in VVestphal.

Cccc 2

cum Angariorum sedes

VVidekindi Collegium in Engern. Heruord. translacum. VVidekindus tamen sepultus Paderborna. Angria vel Angaria. Basilica S. Crucis structura ad Meinwercum referenda cum Collegio condidisse, vbi hodieque monumentum istius Ducis, extet. Hinc Krätzius putat vectigalia in Sanctimonialium Heruordiae Parthenonem transcripta, *Dominabus*, vt ipse loquitur, *ibidem imperitantibus seruitura*, additque, *VVidekindum sepultum primo in huius Collegij templo ab se fundati: inde à liberis Paderbornam esse translatum*. Ego, vt de VVitechindi memoria rem integram esse patiar, & apud Angarios, siue Angriam sedisse concedam, cuius nunc tractus Heruordia, Comitatus Lippiensis, & Mindensis Episcopo censentur, non facilè tamen huius nouæ Basilicæ S. Crucis primordia, quæ hic tam præclarè traduntur, & velut à capite arcessuntur, ijs posthabuerim, quæ Krantzius memoriæ tradidit. Et licet maiorum religio huic loco ob hæresis iniuriam quam pridem detracta, manet tamen huius miraculi & loci memoria vulgo, *Ad Visionem*, nuncupata.

Vngariorum vastatione, & Thietmari inuasione.

Vngarorum in Germaniam incursiones. **J**AM inde à Luduici III. & Conradi I. imperio assuefacti Vngari iugenti flammæ, & populationum clade peruadere interiorem Germaniam. Lambertus ad annum Christi DCCCCVI. *vastasse scribit Saxoniam*. Idem ad annum DCCCCXVI. Regionis supplementum. Cumque Fuldam vsque in Hassiam, & Thuringiã penetrarint, procliuis, nemine obstante, in VVestphaliã ijs fuit aditus. Hostiliter etiam in Patherbronnense solum incubuisse Thietmarum, sæpe nobis laudatus Ditmarus nobilis Mersebirgensis Ecclesiæ Episcopus, & suæ ætatis Scriptor insignis, haud tacuit. *Meinwercus Præsul à Thietmaro nepote meo Bernardi Ducis fratre. despoliatus est.*

In VVestphaliã.

Chron. li. 7.

Meinwercus à Thietmaro despoliatus.

LII.

In Patherbornensi Ecclesia publica floruerunt studia.

JN hac palæstra S. Altmannus, cuius nupera CL. V. Sebastianus Tengnagel vita in lucem edita, militauit. Qui Passauiensem cathedram aliquando meriturus, in Ecclesiæ Paderbrunnensi non solum Canonicus, sed Scholarcha, Saxonum clericum ipse Saxo litterarum studijs exercitum habuit, vt, antiquus Scriptor loquitur, ad regimen scholarum delectus, & multis annis adstrictus, donec tandem ex Præposito Aquisgranensi in Palatio Henrici III. inter ministeria sacra florere cœpit.

LIV.

S. Longinus.

HVNC ad XVI. Martij adscribunt nonnulla Martyrologia. In Paderbornensi Ecclesia, sunt qui eius memoriam peragi putant postridie festi Lanceæ, id est, sabbato post Dominicam in Albis.

LVI.

Nouiomagum perrexit.

XVII. Kalend. Aprilis magna fuit in Niuwagen Synodus, & nepos meus Otto, & uxor eius Irmengerd consanguinitate proxima iniuste diu cōiuncti ob inobedientiam contraria uocationis excommunicati sunt. Ita ad hunc annum Ditmarus. Habet autem hic illustrium Antistitum nomina, qui eidem Synodo interfuere; meminitque Krantzius in Meinverco, multa ibidem de reformatione collapsa per omnia membra religionis, fuisse constituta.

Synodus
Nouiomagen-
ensis in
qua
Excommuni-
cati con-
trahentes
illicite ma-
trimon.
Metrop. lib.
4. c. 4.
Disciplina
Ecclesiast.
constituta.

LVII.

Bernardus Dux Saxonie rebellis, & Schalkaburg.

ADAM lib. II. c. XXXIII, accuratè rem hanc persequitur. Bernardum scilicet, Ducem ortum ex humili degenerem à paterna religione, hac rebellionem terruisse, & turbasse omnes Saxonie ecclesias. Tyrannide sua gentem Vinulorum seu Vandalorum coëgisse ad Paganismi necessitatem. Sed in primis Vuvvanum oppugnasse, & Bremensem Ecclesiam, tum quia ditior, tum quia ab Imperatoris tutela remotior. Hinc iugem discordia flammam inter ipsius & Archiepiscopi familiares sauisse, illis impugnantibus regem & Ecclesiam, his pro Ecclesia salute fortiter dimicantibus. Exitus hic iurgii, ut Vuvvani Meinverci aliorumque procerum consilio rebellis Dux flexus tandem apud Schalkinburg Cæsari Henrico supplex daret manus. Ita conuenienter huic nostræ narrationi Adam.

Vivanti &
Vandalis
ob tyrannidem
Ducis ad pa-
ganismum
reuerſi.
Krantz.
lib. 4.
Metrop. c. 1.
Bremensis
Ecclesia
vexatio.
Vuvvani
& Mein-
verci stu-
dio Ber-
nard.
dux miti-
gatus.

LIX.

Abbatia Sceldice.

Interpretantur esse nobilium virginum Collegium hodie apud cognominem vicum Schilse, duodecim circiter millibus ab Heruordia distitum; olim quinque templis, nunc vno tantum Parochiali instructum, infectumque Lutheriana tate.

LXIX.

Cofunga vel Gauffunga.

*Chron. lib. 7
Cauffingēsi
Monasterio
S. Cunegun-
dis se Deo
consecrauit* **M**Endosè passim Dirmaro Capunga, Surio, & Trithemio Confugium: Sanctimonialium Monasterium apud Cassellas in Hassia, nobile Imperij membrum, & Cunegūdi Augustæ, Dirmaro teste, dilectum; in quo & monasticam inchoauit, & post cōiugis Henrici mortem, se Deo consecrauit; Sed de his & similibus locis illud Seueri Imperatoris vsurpes iam licet. *Omnia fui & nihil.* Meminit huius loci R. P. Gretserus in notis ad Diuos Bambergenses.

*Cauffingen
diœcesis &
suris Pa-
rherbornen-
sis.* Porro sequenti numero 86, titulus eius accuratè describitur, & clarè satis indicatur pertinuisse ad Meinverci inspectionem ac diœcesin Pathebronnensem.

LXX.

Monasterium Hassungen S. Heimeradi.

*S. Heimeradi memo-
ria.* **N**ECTE hæc cum B. Heimeradi actis ex Inciso xviii. & lxi. Trithemius in Chron. Hirsaug. ad annum MLXXIII. *Clara & celebris valde hisce temporibus, per Germaniam & Gallias erat memoria S. Sebal-di in Nurenberg; & S. Heimeradi in Hassungen, & magno populorum concursu quotidie frequentabantur propter opitulationes, qua diuinitus illic languentibus se penumero conferebantur. Quorum ultimus videlicet Heimeradus Presbyter fuit sanctissima vita; qui obiit anno Domini MX-IX. Indiēt. II. IV Kalend. Iulij, super cuius tumulum Sifridus Archiepiscopus Moguntinus Monasterium nostri ordinis construxit, cuius Patronus est S. Heimeradus, qui multis ibidem miraculis coruscavit.* Ita Trithemius. Sed hic Ariboni istius Monasterij incunabula adscribuntur. Colophonem operis Sigefrido primo dari bene interpretatur noster Serarius in Aribone. Vita B. Heimradi extat M. S. in Collegio Soc. Iesu Padebornensi.

LXXIV.

Arnulphus Haluerstaden-sis.

*Arnulphi
Epis Hal-
uerstad. e-
logium, &
acta.
Possessiones
Ecclesia
adicit.* **C**HRON. M. S. Saxon. ad annum Christi MXXIII. Arnulfus Haluerstaden-sis Episcopus Christi fidelis famulus; sapientia diuina predictus, scientia humana facundus, cunctis perpetim seclis lugendus cæli collocatur palatio. Is acquisiuit S. Stephano, diuina fauente clementia, mille & ducentos mansos; multa que alia in molendinis, in areis, pratis, syluis, in fossis salinarijs; In pallijs, in missalibus indumentis ad omnes ordines per-tinen-

inentibus admodum auxit. Tabulam altaris supremi auro puro, & gem-
 mis decoravit. Thuribulum aureum, & thuris receptaculum aureum; & ta
 salicem magnum aureum, cum patena, & varia ornatuum genera S. Ste-
 phano contulit.

LXXVI.

Synodus Salingenstadiensis.

HVIVS, etsi vno dempto, Capitula omnia in Meinverci essent
 acta inclusa, duo tamen solum retinere placuit; tum, quia ce-
 tera dudum euulgata sunt; tum quia Meinverci scriptor duo pri-
 ora potissimum interpretatur, aut etiam rejicit, in plerisque non-
 sententiæ tantum auctoris Micrologi, quem in obseruationibus
 Ecclesiasticorum rituum sapere supra vulgus, iam pridem docti no-
 tarunt, sed verbis etiam illius inhærens. Lege de Ieiunio Vernali,
 Æstiuo, Autumnali, & Hiberno obseruationes Micrologi.

Ex Synodo
 hac duo re-
 tentas ca-
 pitula.
 Auctor Mi-
 crologi.

A cap. 2. p.
 usque ad
 28.

LXXVIII. LXXIX. LXXXII.

Meinverci quædam facta discutuntur.

MEINWERCVS Henrico Imp. post balneum, ex Mustelarum
 pellibus, pro regia dignitate amictum præbiturus, agnorum
 vulgarium, quos plures mactauerat vellera subiecit, & pecoris ia-
 cturam ab Imperatore reperoscit.

I.
 Meinverci
 dubia
 facta qua-
 dam in-
 terpres-
 tatione ad-
 iuta.
 Vellera
 agnorum
 II.
 Patera
 retent.

Henricus generosi nectaris siue cōfecti liquoris pateram Mein-
 verco honoris causa mittit; eamque, quia magni pretii, referri mi-
 nistro iubet. At Episcopus, cum sicera poculum ratus donari, ne
 redhiberi possit, calicem ex eo conflare, reique diuinæ ilico addici,
 imperat.

Denique expetitum ob elegantiam operis templo parietibus
 vestiendis aulam siue pallium, cum spe votoque tardius impe-
 trat, occupavit Henricum Meinvercus, illud clam eripiens, Do-
 mino tamen non ægrè de re sua concedente.

III.
 Pallium
 ablatum
 seu aulam

Quæri à curiosis hic video, an officium hoc à Meinverco
 obseruatum, quo dicitur *inter bonos bene agier*, nullusque simu-
 lationi vel dissimulationi locus relinquatur. Qui Henrici
 Imper. & Meinverci coniunctionem vitæ, morum, & sangui-
 nis intuétur, multa in vtriusque factis inueniat, quæ ad ex-
 actam communis officii regulam, reuocari nequeant, etsi
 eorum nulla pars interim officio vaeret. Etenim Meinverco cum
 inopem

Meinver-
cum exha-
sto libera-
litatis sua
fonte ad
Henricum
Imp confu-
git sibi ob-
noxium.
Henrici
sancti mu-
nificencia
in Ecclesiis
Meinver-
ci lepos
Gratia a-
pud Imp
Henricum.

inopem Ecclesiam, & copijs omnibus destitutam Henricus obtulisset, eamque ceu beato, & diuiti sponfam collocasset, vbi domesticę benignitatis fontem Meinvercus exhaustit, velut ex pacto conuenuto Imperatoris arcam sibi excutiendam putauit, qui consuetudine liberalitatis, non exercitatus modo fuit ad bene de multis promerendum, sed opes inferre templis, Ecclesiarum augere censum, multiplicare vectigalia, pecunię suę, & fundorum fructum, longè putauit esse maximum. Fuit adhęc in Meinverco, quod ex varijs vitę partibus eius colligitur. multus lepos, iocique genus actionibus adhibuit vrbantum, nec illiberale, vt ea erant tempora; quod vitę Scriptor minimè assecutus est. Sed apud consanguineũ Principem, ea quoque floruisse constat gratia, & autoritate, vt nulla res fere clausa ei fuerit, quam non licentia Episcopi, vel insita Cæsari benignitas aperiret. Cuius quidem rei attentior consideratio, facilè Meinvercum ostendit, nihil contra æquitatem contendisse, longeque remotum eius animum fuisse. ab iniuria vel malitia.

De

Gulis Matherinis, vel Marturinis, Pellibusue pretiosis.

Pelles olim
è Prussia
petita.

Marturina
pretium.

Pellium
lxxx.

MArtem Scythicam siue Mustelam, quę vulgò Zobel & Marter, pellium præbere delicias, monitionis non indiget. Meinvercum agnais significat miscuisse pelliculas Mustelarum iugulis detractas; atque ita testatum negotiatores, Martes regali pallio non defuisse. Ceterum de pellium ambitione & exotico luxu, quilatè olim patuit, non est, quod memorem. Consule Adamum in Bremensi historia, lib. i. v. vbi de *Prussia*, eos *pellibus*, olim scribit abundasse peregrinis, quarum odor nostro orbi letiferum superbia venenum propinarit. Illos quidem, ait vt stercora hæc ad nostram forte habuisse damnationem, qui per fas, nefasque ad vestem anhelamus marturinam, quasi ad summam beatitudinem. Vide continuationem historię Helmoldi in Henrico Leone, & S. Bernardum in Declamatione reprehendentem in Clericis *dependentes à collo rubricatas murium pelles.*

LXXX.

Titemelle.

HVius vocis varia scriptio Thietmalle, & Thiotmalle apud Eginardum

nardum in vita Caroli. Estque is locus, in quo Carolus cum Saxo-
num gente conflagans acie, illustrem victoriam reportavit. Memi-
nit in Saxonia Krantzius, *Monti vicino impositum sacellum, quod*
propter caeleste praesidium eo loci missum memoria magni miraculi fue-
rit consecratum; dicitque vulgo *Montem sancti Adiutorij*. Sed in
veteri quoque Theudisca Thiermalle locum Augustum, & heroi-
cum sonat.

Victoria
Carolina
campus.
Lib 2. c. 3.

Mons Ad-
iutorij
Locus Au-
gustus.

LXXXVI.

* Ota Abbatissa Confungensis.

HÆc vitæ S. Kunegundis cap. XII. dicitur sorore sanctæ Impera-
triciæ prognata; & à teneris ad omnem pietatis fructum edu-
cta; post huic præposita Parthenoni, ubi remisso velut arcu solui in-
deteriora cœpit, in maxillam eius S. Cunegundis dextram infe-
rens, & digitorum vestigia relinquens, eam ad meliorem frugem
reuoavit. Appellatur istic Vta; ab alijs, haud scio quam bene lu-
ditha.

* Psa. In-
ditha.

S. Cune-
gundis im-
primit ve-
stigia digi-
torum in
maxillam
Ota Abba-
tissa.

LXXXIX.

S. Henrici obitus.

HENRICI sancti ætatis curricula, vt bene temporibus suis distin-
xit, ad amissim Abbatis Vrspergensis Chronologiæ respon-
dens, qui præclara de S. Henrico memoriæ tradidit.

Actus S.
Henrici.
Chronico
Franco-
Saxon.
Bauenberg
legatio
Magde-
burg. cleri
pro Archie-
piscopo.

Iter S. Henrici ante mortem.

ET quia in perueteri Chronico MS. Hodeporicon Cæsaris, quod
eodem hoc anno decurrit, accuratè descriptum inueni, ad tam
gloriosi Principis vitam illustrandam, illud silentio premeendum
non putavi. Anno Domini MXXIII. Imperator natalem Domini Bauen-
berch peregit. Ibi turba conuenerat pastoribus destituta, quia omnes suspen-
si manebant cuius prouidentia cura imperiali potestate committerentur.
Igitur cum his, quos summos habitos cognouit, voto destinationis decreto,
substituit Hunfridum in vice Geronis Magdeburgensis Archiepiscopi, as-
sumptum de choro VVirceburgensi. Eadem die Brandagus Vuldensis Ab-
bas Arnulphi antistitis successor constituitur.

Hunfridus
à VVirce-
burg. ac-
claratur
successor
Geronis.
Brandagus
ex Fulde-
nsi Abbate
succedit Hal-
berstadij
Arnulpho.
Imperator
ager cogi-
tat Magde-
burgum.

Cæsar diuersis doloribus vexatus, eodem loco crebra infirmitate diu-
turnas protraxit moras; resumptisque demum viribus, citato cursu Par-
thenopolim ire proposuit. Tandem post longam deliberationem laboriosius
tineris diem Palmarum in loco, qui dicitur * Alstede festiuè celebravit.

Palmarum
diem agit
Alstede.

Dddd

* Curti ca-
Die fuit regia.

Die vero Reconciliationis, exigente infirmitatis grauedine, remota à se
 Mersebur- quæ conuenerat multitudine, paucis comitantibus Merseburg, Canam Do-
 gi Canam minicam peregit. In sancto vero Sabbato contracto totius senatus con-
 Domini uentu, Coniectali sua Cunigunda comitante, Parthenopolim venit; ubi
 Magdabur- cum grandi honore susceptus est. Dominica quoque Resurrectionis gaudia,
 gi cum Cu- celebri honore, transegit. Deinde ab Antistite eiusdem loci, auri sericorum-
 nigunde que varietate donatus, Haluerstade adiit. Inde nihilominus Goslariam
 celebrat profectus est; ubi diebus decem peractis, ad locum quendam Grona dictum
 Pascha properat; ibique forti egritudine depressus, & amara mortis poculo debri-
 Donis ab atus, vitalem emisit spiritum. Dehinc flebili querimonia, secundum quod
 Archiepisc. ipse decreuerat Bauerbergensi Castello defertur; & cum mæore terra ma-
 varijs affi- et Goslariâ tri commendatur. Ita ibi.

Grona sic
 omnibus
 morbo, et
 moritur.

Bauerber-
 gensi Cas-
 tello in-
 fertur.

Hildegar-
 dia Poëtria.

Conradus
 Salicus.
 Minde.
 Pather-
 brunna.
 Hildens-
 heim.

Quæ autem Hildegarda sit illa Poëtria, quæ Epitaphium Sancto
 condidit, dignum est, vt eruditi amplius inquirent.

XCIII.

Conrardus Rex Patherbrunna.

CHRON. MS. à me iam laudatum. Annus Domini MXXV. Conrardus
 I. Conrardus Rex primum suæ felicitatis annum in Natali Domini
 Minde inuitauit. Et Epiphaniâ Patherbrunnensi ciuitate more regio per-
 egit. Inde post Epiphaniam Hildensheim venit; quæ eadem fere in vita S.
 Godehardi.

XCVII.

Henricus Boiaria Dux S. Cunigunda
 frater.

Imbripolin.
 Werle.

DE eius morte; & successionem filij Conradi Imp. eandem senten-
 tiam & verba Chronicon M.S. habet, hoc tantum euarians,
 quod Imbripolin appellauit, quæ hic VVerle.

C.

Miseconis irruptio, ad annum MXXX.

Conrad.
 Nara.lem
 celebrat
 Paderborna.
 Miseco Po-
 lonia affu-
 mit Regis
 restabunt.

CHRON. M.S. Imperator Natalem Domini Patherbrunna celebrans
 VI. Calend. Februarij, Miseco Dux Polanorum, qui contra Romanum
 Imperium, regale sibi nomen usurpauit, comperito obitu Thietmari Mar-
 ckionis

chionis, assumptis satellitibus diaboli, exercitum Paganorum in sanctam
duxit Ecclesiam, nam inter Albiam, & Salam centum villas incendijs ca-
dibusque vastavit. nouem millia & sexaginta quinque virorum ac mulie-
rum Christianorum miserabiliter captiuauit. Reuerendissimum quoque
Brandeburgensem Episcopum Linzonem, ut vile mancipium cepit, nec sa-
cris pepercit altaribus, sed omnia eade sanguineque polluit. Matronas et-
iam nobiles armata manu sibi vindicauit.

Marchiam
infectat &
clade affi-
cit.
Christianos
abducit ca-
ptiuos, &
in eis.
Linzonem
Brandeburg.
Episcopum.

C. X. & XI.

Monasterium nouum in Occidentali par-
te Patherbrunnensis Sub-
urbij.

Monasterij Abdinghoffensis, * quod præclarum iam mœ-
nibus inclusum, Abbatis titulum habet perpolationem attin-
git, & nouæ Basilicæ dedicationem; quæ nobiles edit patronos,
scilicet Apostolorum Principes, Petrum & Paulum. In ara
principe, quæ celso eminent loco, corpus Felicis Martyris asser-
uat, qui sub * Numeriano passus XVI. Martij anniuersarium ha-
bet. & Aduentionis memoriam Aquileia Patherbronnæ * III.
Octobris. Ei associatum tradunt S. Autoris pignus, qui cele-
bris inter antiquissimos Treuirensis Ecclesiæ Episcopos. Hæc
autem dedicatio in annum incidit MXXXI. ut ex Aribonis
Maguntini Archiepiscopi morte, & successione Bardoni
colligere non difficile est; & apertè notatur, numero
CXV.

* ad Abding-
honen.
Dedicatio
templi Ab-
dinghof-
fensis.
S. Felice.
* non Dio-
scletiano, ut
Scriptor
Meinverci
ei num. 96.
* V. Nou.
O. O. O.
num. 109.
S. Autor
Treuir E-
piscopus an-
tue ex
Helmsdorf
doshusen,
Gel Brun-
svico.

Aribo Archiepiscopus Mogunti-
nus.

MS. Chron. Aribo pia memoria Moguntinus Archiepiscopus, cele-
brante Cesare festum Natalis Domini, ut dictum est in Patherbrunnæ,
in sancto die, inter Missarum solennia, publico sermone habito, licen-
tiam ab Imperatore, & fratribus Romam pergendi rogauit, simul à
Clero & populo indulgentiam sibi à Deo impetrari postulans. Sicque
post * Purificationem Beatissima Dei Genitricis Mariae iter assumens
Romam adiit; inde verò post aliquot dies digrediens * Idus Aprilis i-

Aribonis
valedictio
Paderbor-
na.
Iter Roma-
num.
anno 1031.
* V. II.

Mors.

ter vniuersa carnis ingressus est, ordinationis suae anno XI. Hæc iisdem, pene verbis vita S. Godehardi. C. X.

CXVII.

Hiltivardeshusen.

Hiltivardeshusen. Statua B. Virg. miraculosa, translata. Forolium. Caput S. Elizabetha.

Duerfum hoc ab Helmvyardeshusen, vt in actis S. Bernvvardi obseruamus, Virginum Monasterium extitit apud Visurgin, prope à Miinda oppido Brunsvicensi, cuius monumentum ab Erico Duce Catholico, statua miraculosa B. Virginis. Forolium, in Italiam translata, magnoque cultu in templo Societatis ibidem seposita, nec non reliquia prestantes, & caput Elizabethæ Matris Ioannis Baptiste à filio Erici notæ Fuldensi Collegio dono data.

CXXI.

Patherbrunnæ frequenter a Conrado Salico.

CHron. MS. Anno MXXXII. Imperator Natalem Domini Patherbrunnæ. Pascha Niumagen seriauit. quod posterius refero ad sequentem annum; cuius & vitæ contextus meminit.

Ibidem Anno MXXXV. Imperator Pascha Patherbronnæ; Ascensionem Seliganstadt; Pentecostem autem Bauenberg celebrauit.

CXXII.

Bustorpiansæ Collegialis Ecclesiæ origo.

Templum Bustorpiansum sepulchri Domini figurâ referens.

DE hac ad me Reuerendus P. Nicolaus Touffanus. Bustorp, olim Buschdorff pagus nemore cinctus, extra veterem ciuitatē ad Solis ortum spectabatur; in quo extruxit Meinvercus templū id ipsum, de quo quærit R. V. State eadem, vt interpretor mole, solidā admodum; neque chorus caret specie sepulchri. Est etiam num. Canonicorum Collegium, & Parochia, cui Patroni SS. Petrus, & Andreas. Ipsa quoq; templi exterior conformatio, sepulchri similitudinem exprimit, graui antiquitate visendam. Iam intra mœnia hæc visuntur, laxato scilicet ciuitatis orbe.

CXXIV.

Simila Meinverci.

Krantzius sententia de Simila Meinverci.

S. Godehardi de Meinverci transitu reuelationem, & alia, quæ hic ad calcem vitæ narrantur Krantzius lib. 4. Metrop. c. 7. refert ad Elogium S. Godehardi. vbi quid sibi Simila velit, ignorare se fa-

se fatetur. Conijcit tamen, forte fuisse detrimento quod Meinovercus
 fratribus suis Simila dederit in pane, & Godehardus iccirco religione hac
 permotus, sibi ab illo pane indixerit abstinentiam. Potius Meinvercū
 valetudinis causa solitum esitare simulam dixerim; nec huius tamē
 beneficio, vt S. Godehardus more suo iocabatur, euasisse conditio-
 nem mortalium. At S. Godehardum abstinuisse cum vti soleret,
 vt illud breue reliquum vitæ durius exigeret, aut pane
 secundario, se magis roboraret. Sed res in
 coniectura est.

Gloria prima Deo, Matricque secunda Maria.



I N D E X

I N D E X
M E M O R A B I L I V M

I N V I T A M B. M. M E I N -

W E R C I.

A.

A bbas Monasterij Paderb. inuitat in annua dedicatione Ecclesie Epi- scopum & canonicos 77. dedicationis tempus.	78
Abbas S. Meinwerci casula indutus quotannis sacrificat.	9
Abbatia Palithi.	100
Abbatia Helmwardeshusen subijcitur Ecclesie Patherbornensi.	43
Admonitio de vita S. Meinolphi.	88
Adelbertus fit Episcopus Traiectensis 26. Martyrium eius in Prussia.	99
Aetas Scriptoris. 89. Aetas S. Henrici.	113
Altare S. Stephano Patherborna dedicat Leo Papa.	13
Amelungus Ecclesie Paderb. advocatus.	77
Angariorum sedes 107. Angria vel Angaria Basilice structura.	108
Anno Archiepiscopus Colonienfis.	49
Ansfridus Episcopus Traiectensis moritur.	
Aribo successor Archambaldi.	57
Aribo & Bardo Archiepiscopi Mogunt.	76
Arnolphi Episcopi Halberstadiensis elogium & acta.	110
Athelbero Lucelinburgius Cathedralam Treuirensis ambit.	40
Aribonis valedictio Paderborna.	115
Athelbertus Tyrannus Sickonis stratagemate opprimitur.	41
S. Autor.	115
A V Virtzeburgo Hunfridus declaratur successor Geronis.	113

B.

Baduradus 2. Patherbornensis Episcopus.	13
Baduradi acta.	14
Baldericus comes an vitricus Meinwerci.	103
Banebergensis Ecclesie dedicatio.	27
Baneberg legatio Magdeburg. Cleri pro Archiepiscopo.	113
Banebergensis Ecclesie in Episcopatum erectio.	27
Batbeach Meinwercio donatur.	73
Bauenbergensis Ecclesie offertur S. A. ab Henrico Imperatore.	29
Basilicam primariam suscitatur Meinwercus.	23

I N D E X.

<i>Bernardus Dux Saxonie.</i>	20
<i>Benedicti Papa in Meinovercum studium.</i>	30
<i>Benedicti Papa aduentus Bauenbergam s. Aduentus eius in Saxoniam.</i>	100
<i>Beneficentia omnium ordinum in Ecclesiam Patherbornensem.</i>	33
<i>Berneshusum donatur Meinoverco.</i>	28
<i>Berneshusen Meinovercus recuperat.</i>	37
<i>Berthildis matrona donatio.</i>	73
<i>Biso 4. Patherbornensis Episcopus.</i>	14
<i>Boso contumax ad Christi tribunal uocatur.</i>	44
<i>Brandagus ex Fuldensi Abbate succedit Halberstadij Arnolpho.</i>	113
<i>Budicense Monasterium exstruitur.</i>	87

C.

<i>Capellanus regius Patherborna disciplina castigatur.</i>	65
<i>Canonici nolunt beneficia equaliter diuidere.</i>	30
<i>Casula incorrupta S. Meinoverci.</i>	9
<i>Casula S. Meinoverci specimen.</i>	10
<i>Cenomanensis ciuitas uisita.</i>	91
<i>Ceruus S. Meinolpho famulans crucis signum gerit.</i>	27
<i>Censura ex Micrologo in synodum Selingstad.</i>	60
<i>Conradus Imp. Meinovercum beneficiis cumulat.</i>	74
<i>Conradus Polonia fines vastat.</i>	74
<i>Conradi Salici electio. 69. Corona aurea ab Henrico Cluniaci ablata.</i>	103
<i>Chunigunda Patherborna regina consecratur.</i>	20
<i>Chunigunda Ecclesia & S. Meinoverco fauet.</i>	24
<i>Chunigunda liberalitas.</i>	28
<i>S. Chunigundis pro Meinoverco intercedit 63. Imprimis vestigia digitorum in maxillam Ota Abbatissa.</i>	113
<i>Cofunga virginum monasterium dotatur.</i>	66
<i>Comitatus diuersi Ultraiectensi Ecclesia subiecti.</i>	95
<i>Corbeia Abbatia ditionis Patherbornensis.</i>	43
<i>Corbeia & Heruordia ab Hungaris vastantur.</i>	48
<i>S. Canera Rhenense oppidum.</i>	104

D.

<i>Drotmannia conuentus.</i>	37
<i>In Drotmania conuentu mater S. Meinoverci nuntatur.</i>	36
<i>Decimarum exacta solutio.</i>	81
<i>Dedicatio templi Abdinghofensis.</i>	115
<i>Dies ieiuniorum quatuor temporum.</i>	59
<i>Disciplina Ecclesiastica constituta.</i>	109

E.

<i>Ecclesia Bremensis vexatio.</i>	109
<i>Ecclesia vestigium in voce Galkirche.</i>	107
	108

I N D E X.

<i>Ecclesia immunitas & libertas.</i>	72
<i>Ecclesia Patherbor. bonorum confirmatio.</i>	72
<i>Ekkihardus regnum affectat, moritur.</i>	100
<i>Episcopatus Patherbornensis origo.</i>	13
<i>Episcoporum Patherbornensium series.</i>	94
<i>Epponis Episcopi Bauebergensis de S. Heriberto visum.</i>	55
<i>Erkanbaldus Mog moritur.</i>	57
<i>Eruedi pradij donatio Meinverco stabilita.</i>	71
<i>Exemplarium fides unde historia petita.</i>	90
<i>Expeditio Henrici Imp. in Poloniam.</i>	33 103
F.	
<i>Falcmarus 8. Patherbornensis Episcopus.</i>	14
<i>Festa à S. Meinverco instituta.</i>	49
<i>Fulmine multi pereunt.</i>	37. 104
G.	
<i>Gardebicke donatur Meinverco à Conrado.</i>	79
<i>Gebehardus Conradi Imp. fit Clericus.</i>	71
<i>Germania magna diuisio.</i>	14 94
<i>Gero Magd. Archiepiscopus.</i>	58
<i>S. Godehardus diuinitus cognoscit Meinverci transitum 83. Idem animam eius in sacrificio commendat.</i>	ibid.
<i>Geroldus Caroli Magni consanguineus. 196. Eius sacellum.</i>	107
<i>Goslariensis synodus.</i>	50
<i>Gregorij VII. decretum de ieiunio verno.</i>	61
<i>Gymnasium Halberstadiense & Hildesheim.</i>	96
H.	
<i>Hamenstedt donatur Meinverco.</i>	56
<i>Hathmarus I. Patherbornensis Episcopus.</i>	13 93
<i>Heimradus in precio est Dudicho comiti 24. Eius memoria.</i>	110
<i>Heimradus probatur à S. Meinverco.</i>	24
<i>Heimradi sanctitatem ex cantu probat Meinvercus.</i>	25
<i>Heimradi transitus.</i>	25
<i>Himmei . . . Meinvercus acquirit.</i>	37
<i>Henricus Boiariae . . . regem eligitur 20. Coronatur Moguntia à VVilligiso. 20. Moritur.</i>	71
<i>Henricus animam Retharij Episcopi De. commendat 22. submissio eius in errati agnitione.</i>	55
<i>Henrici castitas.</i>	20
<i>Henrici & Meinverci in Italiam profectio. 29. curatur à calculo. 29. Imperator consecratur Roma. 29. redit ex Italia.</i>	31
<i>Henricus Imp. Patherborna natalem Domini celebrat & post balneum accipit à Meinverco pelliceum amictum.</i>	61

I N D E X.

Henricus arrepto ioco expellium permutacione allicitur ad beneficiū. 62	
Hericus calicē Deo offert 62. Fundū Eruede cū privilegio offert ad altare. 63	
Henricus Meinverco mortis metū injicit quē & ille spernit 65. Et pro eo de facto Imperatorē cū suis excōmunicat. ib. Henrici panitētia publica. ib.	
Henrici & Cunigunda ope Monasterium Meinvercus absolvit.	78
Henrici Imp. obitus 68. Exequia & sepultura.	ibid.
Henricus 3. fit rex. 71. Henricorum Bavaria Ducum stirps inuestigata.	96
S. Hereberti de morte Henrici Imp. vaticinium.	54
Hereberti obitus.	54
Hildegarda poëtria.	114
Hildivardeshausen.	115
Hirsfeldensis conuentus.	69
Hirsfeldia Principum conuentus.	72
Imbriopolis Verde.	114
Imperator ager cogitat Magdeburgum 113. ibidem celebrat pascha cum Cunegunde 114. Halberstadium adit & Goslariam, moritur Grona. ibid.	
Imadus XII. Episcopus Patherbornensis 49. Imadus pater S. Mamerci.	95
Imadi educatio & disciplina rigor.	ibid.
Immedingorum stirps.	96
Incendium Paderborna.	98
Inuestitura Episcopalis ritus.	101
Ioannis Placentini S. A. in sefforis & Crescentij exitus.	19

K.

Karolus Magnus amānitate Patherbrunna delectatur	13
Karoli Magni obitus 14. Eiusd. de Saxonum gente constitutio.	93
Krantzj sententia de simila Meinverci.	116

L.

Leonis Papæ Patherbornam aduentus ad Karolum M.	13
Liberalitas Henrici Imperatoris in monasteria.	32
S. Liborij translatio.	91
Ludolphus Corbeia Abbas.	106
Luitharius 3. Patherbornensis Episcopus.	14
Luitderus.	26
Mater S. Meinverci Eltenam Ecclesiam ex alieno dotat.	38
Mater Meinverci miserè perit 39. eiusq. corpus in pfluente abijcitur. ibi.	
Megingotz Archiepiscopus Treuirensis.	40
S. Meinolphi ortus. Mater eius Vvictrudis vim passa ad Imperatorem confugit. In baptismo suscipitur S. Meinolphus 85. Educatio eius 86. fit canonicus ibid. Obedientia 86. obitus eius.	87
Meinvercus Eruede prædium eblanditur. 62. differit de discrimine sacerdotij & imperij. 64. scyphum regium ioco interuertit, in calicem constari	

E e e iubet

I N D E X.

- inbet* 62. *decimus Episcopus Paderbornensis* 14. *Eius stirps* 15. *Haluerstadij Deo offertur in cleri sorte* 15. *educatur ibid.* *Ottonis tertij Capellanus* 16. *Eius apud Henricum Imp. gratia* 20. *adhuc Palatinus donat pradium Ecclesiæ Paderbornensi* 21. *quo animo sedem inopem acceptarit* 22. *Goslaria à Villigiso ordinatur* 23. *Eius laudabile vitæ institutum* 23. *in operas comitas* 23. *Lepos* 112. *liberalitas.* 49
Meinovercus comitatum obtinet Haxioldi 26. *vouens monasterium S. Alexio suorum sospiratem adipiscitur* 31. *Eius cautus in monasterium ingressus* 35. *A Thietmaro spoliatus* 108. *frustra inuitat matrem ad viduitatem* 35. *Eius in matrem impiam seueritas.* 36.
Meinoverco eiusq. Ecclesiæ donata 36. *Eius reliquiis temere contactis pœna sequitur iuratos.* 38
Meinovercus misericors in viduam 45. *medetur fami ibid. muro cingit Paderbornam* 48. *inquirat in sui monasterij disciplinam* 46. *Diaecesin explorat sumpta Mercatoris persona* 46. *Erigit capellam sancto Bartholomæo.* 47.
Meinovercus Erdtfordie Basilicam dedicat 47. *Renouatur ead. fauore B. virginis.* 48
Meinovercus auleam tollit Imperatoris. 64
Meinoverci solæcismus. 64. *Patria.* 94. *Eius elogium.* 67. *facta quadam discutiuntur.* 111. *cum Conrado Imp. proficiscitur Romam.* 70
Meinoverci æquitas. 73. *eius cum Conrado in Hungariam expeditio.* 73. *Ecclesiam meditatur instar sepulchri Domini.* 79. *Dodiconis comitatum recuperat.* 79. *Ecclesiam Bustorpiam exstruit & Canonicos ibi congregat, eam dedicat. dotat.* 80. *Eius pijsimus obitus.* 82. *sepelitur in Ecclesia Monasterij Abdinghouen.* 82
Merseburgi S. Henricus Rex approbatus à Saxonibus. 100
Miseco Polonus assumit Regis titulum, Marchiam infestat, Christianos abducit captiuos. 114
Miseconis Polonorum Ducis irruptio in Saxoniam. 72
Monasterium Hassungen ab Aribone & Sifrido Archiepiscopo Mogunt. constructum. 110
Mons adiutorij locus Augustus. 113

O.

Opum stolidi fiducia. 39
Ornatus & supellex Monasterij Paderbor. 76
Oda Abbatisa Cofungensis. 67
Otto secundus Imperator. 15
Otto tertius illi succedit ibidem. Eius coronatio. 16
Otto Romam petit lustrata Slania. 18
Ottonis cum Romanis dissensio & causæ eius interitus. 19
Otto

I N D E X.

Otto perit veneno <i>ibid.</i> &	99
Ottone mortuo tumultus in imperio.	19
P.	
Paderborna frequentatur à Conrado Salico.	116
Paderbornensis agri opportunitas.	12
Paderborna ciuitatis & principis Ecclesia incendium. 17. 98. Seditio in Regina coronatione.	100
Paderborna Ecclesia subuenitur.	24
Palmarum diem agit Alstede.	113
Pathera fons & conuentus.	91
Pathera structura <i>ibid.</i>	
Pathera fontis scaturiginis vbertas. 91 Decursio singularis.	92
Patriarcha Aquilegiensis offert Meinverco corpus S. Felicis.	70
Pelles olim è Prussia petita.	112
Pellium luxus.	112
Poppo fit Archiepiscopus Treuirensis. 40. 104. Proficiscitur Hierosolymam	42
Poppo alius Danorum Apostolus.	42
Priuilegij à diuersis Paderbornensi Ecclesia concessi arigo.	17
Priuilegia incendio abolita restaurantur.	16
Priuilegiorum confirmatio.	31
Priuilegium Meinverco concedit Benedictus Papa.	30
Priuilegium nouum obtinet Meinvercus ab Henrico Imp.	32
R.	
Retharius nonus Paderbornensis Episcopus.	14
Retharij Episcopi laus.	16
Retharius ab Henrico Rege nemus & immunitatem impetrat.	20
Retharius Episcopus moritur.	21
Rethardus Episcopus Roma instaurat priuilegia Ecclesie sue.	98
Rotho successor S. Meinverci.	47
S.	
Sagimen pro oleo in necessitate vsurparunt Cluniacenses.	106
Salithe Ecclesia S. Alexii exstruitur, & immunitate donatur.	47
Sannabiki Ecclesia Paderbornensi accedit.	74
Saxonia tributaria sacerdotibus.	12
Saxonum in Verlau conuentus de electione regis.	68
Saxonum conuersio à Carolo Magno.	12
Schildeze abbatia data Meinverco.	51
Siburchhausen.	50
Sigehardus primus Abbas.	34
S. Simeon Treuirensis.	42
Eccc 2.	S. Si.

I N D E X.

<i>S. Simeon Monachus Siculus.</i>	104
<i>Statua B. virginis miraculosa translata Forolimium.</i>	105
<i>Studia & schola Paderbornensis.</i>	49
<i>Suitgeri Monasteriensis Episcopi mors & sanctitas.</i>	27
<i>Synodus Salingenstadiensis 59. Eiusdem indictio.</i>	70
<i>Synodus Francofurtensis.</i>	71
<i>Synodus Nouiomagensis in qua excommunicantur contrahentes illicite matrimonia.</i>	109
I.	
<i>Templi Monast. noui ruina.</i>	6
<i>Templi Paderbornensis constitutio. 92. dedicatio.</i>	103
<i>Templum Bustorpiantum sepulchri Dominici figuram referens.</i>	116
<i>Terræ motus.</i>	57
<i>Thiedericus V. Paderbornensis Episcopus.</i>	14
<i>Thiedericus Monast. Episcopus obit.</i>	58
<i>Thiedericus frater S. Meinuerci à matre necatur.</i>	36
<i>Treuirensium reliquie.</i>	102
V.	
<i>Vdalricus Bohemia Dux.</i>	33
<i>Victoria Carolina campus.</i>	113
<i>B. Virgo olumba specie cruci insidet.</i>	48
<i>Visum de Monasterio extruendo.</i>	86
<i>S. Viti in Corbeciam translatio.</i>	105
<i>Vngarorum in Germaniam incurSIONES.</i>	108
<i>Vuouanus sextus Paderborn. Episc. 14. fit Archiepiscopus Bremensis.</i>	26
102. Eiusd. acta ibid. Munificentia Reges flectit.	102
<i>Yplan vel Vplage Vrbs euersa.</i>	104
<i>Vtilitas historia S. Meinolphi & Mammerci.</i>	89
<i>Vxor altera Herodias Balderici.</i>	103
VV.	
<i>VValo Abbas deponitur.</i>	43. 106
<i>VVarberge comitatum Meinuercus acquirit.</i>	57
<i>VVidekindi Collegium in Engern. VVidekindus sepelitur Paderborna.</i>	108
<i>VVidekindi & Saxonum quies.</i>	93
<i>VViligifus Archiepiscopus Moguntinus moritur.</i>	26
<i>VVino Abbas Helin VVardeshausen Hierosolymam adit. 79. VVinuli & VVandali ob Ducis Tyrannidem ad Paganismum reuersi.</i>	109
<i>VVoteloffus Episcopus Osnabrugensis.</i>	20